

DGCL
A
(V. 2)

c.B.1124494
t.101254

CONTROVERSIARVM ILLVSTRIVM

ALIARVMQVE VSV FREQVENTIVM

LIBRI TRES

OBRA DEL JURISCONSULTO VALLISOLETANO

D. FERNANDO VÁZQUEZ DE MENCHACA

REIMPRESA POR ACUERDO DE LA
UNIVERSIDAD DE VALLADOLID

TRANSCRIPCIÓN, NOTAS Y TRADUCCIÓN

DE

D. FIDEL RODRÍGUEZ ALCALDE

CATEDRÁTICO DE LENGUA Y LITERATURA LATINA

VOLUMEN SEGUNDO

VALLADOLID

TALLERES TIPOGRÁFICOS «CUESTA» MACÍAS PICAVEA, 38 Y 40

1932

BIBLIOTECA DE CASTILLA Y LEÓN

R. 78770

CONTROVERSIARVM ILLVSTRIVM

ALIARVMQVE VSV FREQVENTIVM

LIBRI TRES

AUTOR

D. FERNANDO VÁZQUEZ DE MENCHACA

D. FERNANDI

VASQVII MENCHACENSIS

PINCIANI HISPANI IVRE CONSVLTI

IN SVMMO DOMINICAE REI PHILIPPI

HISPANIARVM REGIS CATH.

PRAETORIO SENATORIS,

CONTROVERSIARVM ILLVSTRIVM

ALIARVM'QVE VSV FREQVENTIVM

LIBRI TRES.



VENETIIS,

Apud Franciscum Rampazetum

M D L X I I I I .

CONTROVERSIAS FUNDAMENTALES

Y OTRAS DE MÁS FRECUENTE USO

EXPUESTAS EN TRES LIBROS

POR EL JURISCONSULTO
VALLISOLETANO

DON FERNANDO VÁZQUEZ DE MENCHACA

MIEMBRO DEL SUPREMO CONSEJO DE HACIENDA
DEL CATÓLICO REY DE LAS ESPAÑAS
D. FELIPE



VENECIA
IMPRENTA DE FRANCISCO RAMPACETO
AÑO 1564

CAPVT VIGESIMVM

SUMMAE

1. *Imperator Romanorum an sit dominus totius mundi? Egregia quaestio.*
2. *Papa an habeat tantum temporalem iurisdictionem? egregia quaestio.*
3. *Deus mundum gubernat.*
4. *Imperium an sit immediate a Deo.*
5. *Potestates etiam minimae dicuntur esse a Deo.*
6. *Imperia an sint a fatis.*
7. *Fatorum vis.*
8. *Fortunae vis.*
9. *Fortunae debilitas.*
10. *Mundi dominum nullum esse nec unquam fuisse, aut futurum, & contrarium monstrum esset, nova ratione docemur.*
11. *Navigare triste est.*
12. *Navigare nefas est.*
13. *Navigare contra naturam est.*
14. *Navigare periculosissimum est.*
15. *Navigantes morti proximi.*
16. *Navigatio perfida.*
17. *Navigare est animam ventis credere.*
18. *Navigationis inventor fuit mortis inventor.*
19. *Navigare est ire contra leges naturae.*

CAPÍTULO VIGÉSIMO

SUMARIO

El Emperador Romano ¿es señor de todo el mundo? Cuestión notable. 1.

¿Tiene el Papa solamente jurisdicción temporal? Cuestión importante (1). 2.

Dios es quien gobierna el mundo. 3.

La potestad imperial ¿procede inmediatamente de Dios? 4.

Todo poder, aun el más pequeño, se dice proceder de Dios. 5.

Los imperios ¿proceden de los hados? 6.

Poder del destino. 7.

Poder de la fortuna. 8.

Impotencia de la fortuna. 9.

Nadie es, ni ha sido, ni será señor de todo el mundo, como se prueba con nuevo argumento, y lo contrario sería una cosa monstruosa. 10.

El navegar es cosa triste. 11.

El navegar es empresa ilícita. 12.

El navegar es contra la naturaleza. 13.

El navegar está lleno de peligros. 14.

Los navegantes están a un paso de la muerte. 15.

La navegación está llena de perfidia. 16.

El navegar es confiar la vida al poder de los vientos. 17.

El inventor de la navegación lo fué también de la muerte. 18.

El navegar es ir contra las leyes de la naturaleza. 19.

(1) Parece errata por ¿tiene el Papa solamente jurisdicción espiritual? (T.)

20. *Navigatio horrida.*
21. *Navigantes inter viventes esse non videntur.*
22. *Vitam tueri & pericula abhorrere hominibus iure naturae insitum.*
23. *Notorii vis.*
24. *Homo omnis liber nascitur de iure naturae etiam quo ad iurisdictionem, cui subesse nequit, nisi sponte sua.*
25. *Homo iurisdictioni alterius non subest, nisi sponte sua.*
26. *Libertas hominibus iure naturae debita.*
27. *Mundum uni principi non subesse ostenditur iure tam naturae quam gentium, & etiam civili & divino.*
28. *Intell. l. deprecatio. ff. ad l. rodiam de iactu.*
29. *Mundi vox varie, sumitur.*
30. *Indefinita an aequetur universali?*
31. *Augustini & d. Thomae locus declaratus.*
32. *Morum mutatio quotidie fit.*
33. *Romanorum mores in deterius.*
34. *Imperiorum variationes.*
35. *Ruina Thebarum & Troiae.*
36. *Ruina multarum urbium.*
37. *Mundus sub uno esse imperatore nihil incommodius.*
38. *Potestas propter usum.*

1. QUINQUAGESIMO tertio ex nostra etiam principali sententia colligitur, An sit vera ea vulgaris opinio, quae † habet Imperatorem Romanorum dominum esse totius mundi, quam sententiam tenuerunt Doctores in l. bene a Zenone per illum text. C. de

La navegación está sembrada de peligros. 20.
Los que navegan no parecen contarse ya entre los vivos. 21.
El derecho natural ha impreso en los hombres, el que defiendan la propia vida y huyan de los peligros. 22.
Fuerza de lo *notorio*. 23.
Según el derecho natural todo hombre nace libre, aun en lo que se refiere a jurisdicción, a la que no puede sometérsele, sino de su propia voluntad. 24.
El hombre no se somete a la jurisdicción de otro, sino espontáneamente. 25.
La libertad es propia de todo hombre, atendido el derecho natural. 26.
Tanto atendido el derecho natural, como el de gentes, el derecho civil y el divino, se demuestra que el mundo no puede estar sometido a un solo príncipe. 27.
Sentido de la ley *deprecatio* del Digesto, título *ad legem rhodiam de iactu*. 28.
Varios sentidos de la palabra *mundo*. 29.
Lo indefinido ¿se equipara a lo universal? 30.
Explicación de un lugar de San Agustín y Santo Tomás. 31.
Las costumbres diariamente se cambian. 32.
Las costumbres de los romanos eran cada día más corrompidas. 33.
Los imperios también cambian. 34.
Destrucción de Tebas y de Troya. 35.
Ruina de otras muchas ciudades. 36.
Nada más perjudicial que el que todo el mundo estuviera bajo un Emperador. 37.
La potestad se concede para que se ponga en práctica. 38.

Conclusión 53.ª De nuestra aserción fundamental se colige también, si se ha de tener por verdadera aquella opinión vulgarmente admitida, que afirma, que el Emperador de Romanos es señor de todo el mundo. Esta opinión la han defendido los doctores comentando varias disposiciones 1.

quadri. praescript. & Doctores. in l. deprecatio, ibi totius mundi dominus, ff. ad legem rodiam de iactu, tenet Bald. & alii in l. cunctos populos. C. de summa trini. & fide cathol. Barth. in l. hostes, ff. de captivis. idem Bart. in extravag. ad reprim. ad princip. in eadem sententia est, & ita tenent Itali doctores secundum Dominicum Sotum de iust. & iure lib. iiii. q. iiii. art. ii. & ita ut receptissimam opinionem tradidit & sequitur Alphonsus Guerrerius in suo speculo principum c. lv. ad princip. Abbas Panormi. & alii c. novit de iudi. qui sic ratiocinantur. Christus dominus noster fuit verus dominus (etiam tanquam homo) totius mundi, Christi successor & vicarius est Papa in terris, sicq; penes Papam est in toto mundo utraq; potestas tam ecclesiastica quam temporalis, Papae autem vicarius & successor est Imperator in temporalibus, ergo Imperator in toto mundo quo ad temporalia dominus esse videbitur idemq; videtur etiam sentire Cardin. in c. ecclesia de iureiu. idem in clemen. fi. de censibus, & hac ratione Card. in clem. i. §. caeterum ait Imperatorem Papae filium vocitari, & quod imperator sit Christi vicarius in temporalibus, & sic sit in temporalibus dominus totius mundi tenet idem Bal. in l. i. C. de iure aureorum annulorum & quod Imperator unicus in orbe esse debeat, quod omnibus regibus praesit, tenet Card. in cle. i. §. fi. de iureiur. per l. leges. C. de legib. & per d. l. deprecatio & d. l. bene a Zenone, & Panor. in d. c. novit, pro hac parte allegat multa iura idem Panormit. in c. venerabilem de electione, & alii plures, quos allegat Bartholomaeus Cassanaeus in tract. de gloria mundi par. v. consid. xxviii. tenent similiter. Imperatorem esse dominum totius mundi, intelligentes quo ad protestationem & iurisdictionem id quod tenent Glo. Bart. & alii in prooe. ff. de leg. & in l. fi. C. de legib. dum ait solum

legales (1); entre ellos también Baldo (2), Bartolo (3), y según Domingo Soto (4) la patrocinan los doctores italianos; Alfonso Guerrero (5) la propone y defiende como opinión sumamente seguida, así como el Abad Panormitano (6) y otros autores que asientan el siguiente raciocinio: Cristo nuestro Señor fué, aun en cuanto hombre, verdadero Señor de todo el mundo; el sucesor y vicario de Cristo en la tierra es el Papa, y por consiguiente en poder del Papa están ambas potestades, tanto eclesiástica, como temporal sobre todo el mundo; ahora bien el Emperador es en el orden temporal el vicario y sucesor del Papa, luego el Emperador parece ser señor de todo el mundo en el orden temporal. De la misma opinión tal vez participe el Cardenal (7), quien dice (8), que por este motivo el Emperador es llamado frecuentemente «hijo del Papa». Que el Emperador sea vicario de Cristo en el orden temporal y por consiguiente señor de todo el mundo en lo temporal, lo sostiene Baldo (9), así como el Cardenal (10) defiende también que en el mundo debe existir un solo Emperador, ya que éste está al frente de todos los reyes; el Panormitano (11) alega en defensa de esta opinión numerosas leyes; y este mismo autor (12), así como otros muchos que cita Bartolomé Cassaneo (13), sostienen igualmente que el Emperador es señor de todo el mundo concretando esta afirmación

(1) Así al comentar el texto de la ley *bene a Zenone* del Código, en el tít. *de quadri. praescription.* y la ley *deprecatio* en las palabras *totius mundi dominus* del Digesto, en el tít. *ad legem Rhodiam. de iactu.*

(2) Acerca de la ley *cunctos populos* del Código, tít. *de Summa Trini. et fide cathol.* En el mismo sentido la comentan otros doctores.

(3) Comentando la ley *hostes*, del Digesto tít. *de captivis*, y la misma doctrina sostiene en la Extravagante *ad reprimen. ad princip.*

(4) En su obra *de instit. et iure*, lib. 4.°, cuest. 4.ª, art. 2.°.

(5) En su *Espejo de príncipes*, cap. 55 al principio.

(6) En el cap. *novit, de iudi.*

(7) En el cap. *Ecclesia, de iureiurand.* y lo mismo sobre la *clementina* final *de censibus.*

(8) En la *clementina* 1.ª, §. *caeterum.*

(9) Comentando la ley 1.ª del tít. *de iure aureorum annulorum.*

(10) En la *clementina* 1.ª, §. final *de iureiurand.* Consta también por las leyes del Código en el tít. *de legibus* y por las citadas leyes *deprecatio* y *bene a Zenone.*

(11) En el citado capít. *novit.*

(12) Sobre el cap. *venerabilem, de electione.*

(13) En su tratado *de gloria mundi*, part. 5.ª, consider. 28.

imperatorem posse condere leges, tenentque Hostiensis & Ioannes And. ut refert Dominicus Sotus ubi supra imperatorem dominum esse totius mundi, & sentiunt alii multi quos, refert Boërius deci. xxxi. tempore nume. iii. & iiii. & communem opinionem ut imperator sit dominus totius mundi tenet Bal. in d. l. bene a Zenone colum. i. per illum tex. dum ait, cum omnia principis esse intelligantur. Idem sentit ipse Bal. in l. executorem num. 12. C. de execut. rei iudi. dum ait quod ubi est imperator ibi est omnis iurisdictio, & Rosellus de potestate Papae nu. 6 facit lex. i. §. per hanc. ff. de rei vendicatione & ibi Bar. l. si duas. §. grammatici & ibi Bar. ff. de excusationibus tutorum. Bald. in c. i. in principio colum. ii. de pace. fir. Bald. in. §. si ab hostibus colum. ii. instit. quib. mod. ius. patr. pot. sol. Boërius decisio. viii. quinta martii nume. 4. Alciatus dispu. lib. ii. c. xxii. Isernia in i. constitut. Neapolitan. colum. iiii. Cynus. Bart. & Salic, in d. l. cunctos populos, Anchar. consi. lxxxvii. Alex. consi. lxxvi. libro ii. Bald. cons. cccxxviii. lib. i. Signorolus in l. princeps. ff. de legibus. Oldrald. consi. clix. Riminal. in rubrica col. ii. ff. de iuri. omn. iudi. Curtius iunior consi. clviii. Isernia in c. i. §. fi. denot. feudo Odofredus & Bal. in auth. dos data. C. de donati. ante nupt. Bald. consi. ccclix. lib. iii. & consilio ccxviii. eodem. lib. Alber. in i. consti. digestorum in rub. num. 2. Anchar. consi. cccx. col. iii. Oldrad. consi. lxix. idem Anchara. consil. cccxx. in prin. Ludo. Ro. consi. ccclxxxii. col. ii. Socinus consi. cxxvii. col. iii. lib. i. Matthaeus Afflictus in c. i. §. fin. colum. i. de prohibita feudi alienatione per Fridericum. Paulus Castr. consi. lvi. videtur nume. 3. lib. ii. adhuc tamen tot sunt, qui teneant contrarium ut referunt praedicti quod mihi non satis certum est utra pars receptior sit.

en lo que se refiere a protección (1) y jurisdicción; lo que también afirma la Glosa, Bartolo y otros (2). Esto mismo vuelve a defender Bartolo (3), al sostener que sólo el Emperador puede legislar; y el Hostiense y Juan Andrés, según afirma Domingo Soto (4), defienden también que el Emperador es señor de todo el mundo, doctrina que patrocinan otros muchos que enumera Nicolás Boërio (5). También Baldo defiende la común opinión de que el Emperador sea señor de todo el mundo, al tratar de ley *bene a Zenone* (6) donde dice y «como todas las cosas se consideren propiedad del príncipe», y de nuevo defiende lo mismo al comentar la ley *executorem* (7) al decir: «donde se encuentra el Emperador allí se halla toda jurisdicción». Siguen la misma doctrina Rosello (8), Bartolo (9), como también Boërio (10), Alciato (11), Isernia (12), y otros muchos (13). Son sin embargo,

---

(1) Juzgo que el *protestationem* es errata por *protectionem*, porque en otros lugares en que habla de que el emperador es Señor del mundo dice *etiam quo ad protectionem;* así v. g. en el núm. 25 de este capítulo y en el núm. 6 del capítulo siguiente.

(2) En el proemio del Digesto *vetus* al principio.

(3) *Ubi supra.*

(4) *Ubi supra.*

(5) Decisión 31 que empieza *tempore*, núm. 3 y 4.

(6) En la colum. 1.ª comentando el texto de dicha ley.

(7) Del Código, tít. *de execut. rei iudic.* Lo mismo afirma en el cap. 1.º al principio, colum. 2.ª *de pace firmanda* y acerca del §. *si ab hostibus* colum. 2.ª. Instituta *quibus modis ius patr. pot.*

(8) *De potestate Papae*, núm. 6.

(9) Acerca de la ley 1.ª, §. *per hanc* del Digesto, tít. *de rei vindicatione*, ley que confirma la opinión expuesta en el texto; también comentando la ley *si duas*, §. *grammatici* del Digesto, tít. *de excusationibus tutorum.*

(10) Decisión 8.ª que empieza, *quinta martii*, núm. 4.

(11) *Disputat.* libro 2.º, cap. 22.

(12) En la 1.ª *constitut.* Napolitana colum. 4.ª.

(13) Son citados los siguientes: Cino, Bartolo y Salic, al comentar la ley *cunctos populos;* Ancarano *consil.* 87; Alejandro [Alense?] *consil.* 76, lib. 2.º; Baldo *consil.* 328, lib. 1.º; Signorolo sobre la ley *princeps* del Digesto, tít. *de legibus;* Oldrado decisión 159; Riminal, en la rúbr. del Digesto, tít *de iurisdiction. omnium iudicum*, col. 2.ª; Curtio el joven *consil.* 158; Isernia en el cap. 1.º, §. *si denot.;* el pseudo Odofredo y Baldo sobre la *authent.* inserta en el Código *dos data*, tít. *de donation. ante nuptias;* Baldo en el *consil.* 359, lib. 3.º y en el 218 del mismo libro; Alberico sobre la 1.ª *constitut. digestorum* en la rúbrica núm. 2; Ancarano *consil.* 310, col. 3.ª y 320 al principio; Luis Romano *consil.* 382. col. 2.ª; Socino *consil.* 127, col. 3.ª, lib. 1.º; Mateo de Afflictis sobre

Superioribus etiam proximum est & adstipulatur, nam cum tex. in c. novit de iudic. dicat quod Papa iurisdictionem regis saecularis nec vult nec debet impedire, dubitatur,

2. An † apud Papam sit iurisdictio tam temporalis quam spiritualis & magis est ut Papa habeat solam spiritualem, quia temporalis immediate a Deo principibus saecularibus data fuit Glo. in d. c. novit verbo iurisd. & in l. i. in fina. tit. i. par. ii. ubi dicitur imperatorem esse Dei vicarium in temporalibus, sicut Papam in spiritualibus, Glo. in c. quoniam x. distinct. & in c. i. xxii. distin. Glos. in c. cum adversum xcvi. distin. Navarrus, qui plures refert, & adducit fundamenta sexdecim in d. ca. novit. nu. 39. ornatq; hanc partem illatione lxviii. Covar. in c. peccatum. §. ix. num. 7. de reg. iu. in vi. Vermondus de publicis concub. col. ccclxxvi. ubi xx. funda. adducit dicitq; hanc partem commu. opi. Communis est secundum Bal. in prooemio digestorum col. ii. Anto. de Rosellis in tract. de potestate Imperatoris fol. viii. §. neptolixios. tenet Andr. Isernia in prologo const. Neap. versi. liquet etiam num. 2. & Alphonsus Guerrerius in Speculo principum c. xvi. & Theologorum doctissimus Dominicus Sotus de iust. & iur. lib. iiii. quaestio. iiii. artic. i. & ii. sentit. Sanctus Bernardus ad Eugenium & Divus Thomas ii. ii. q. xl. art. ii. idem Sotus super Mathaei c. i. & rursus super c. xx.

Contrariam opinionem, ut Papa haberet iurisdictionem spiritualem in actu, & temporalem in habitu, quam ipse tradiderit Imperatoribus tenent Glos. in d. c. novit, in verbo iurisdi. & Glo. in c. causam quae, qui filii sint legiti. Glo. in clem. ad nostram de haereticis probat per extravagantem, unam sanctam, de maioritate & obedientia, tenet Inno. in d. c. novit, Bart. in l. i. §. praeses. ff. de requirendis reis.

tan numerosos los autores que defienden la opinión contraria, enumerados por los anteriores, que a la verdad, no me consta con suficiente certeza, qué opinión de entre ambas sea la más seguida.

Íntimamente relacionada con la cuestión anterior, sirviendo para su aclaración, está la siguiente: porque diciendo el texto del capít. *novit. de iudic.* «que el Papa ni quiere ni debe impedir la jurisdicción del rey temporal», surge la duda, de si en manos del Papa reside, tanto la jurisdicción temporal, como la espiritual. Desde luego parece más fundado el que el Papa tenga solamente la espiritual, porque la temporal se la comunicó inmediatamente el mismo Dios a los príncipes seculares, como consta por varias glosas (1) en una de las cuales se dice: que el Emperador es el vicario de Dios en el orden temporal, como el Papa lo es en el espiritual (2). Así lo sienten también Navarro, que cita a otros muchos y aduce diez y seis razones al exponer el capítulo *novit*, número 39; aclarando esta parte con la ilación 68, Covarrubias (3), y Vermundo (4), que aduce también veinte motivos y dice ser esta parte opinión común. Como tal la defiende también Baldo (5), Antonio Rosello (6), Andrés de Isernia (7), Alfonso Guerrero (8), y el más docto de los Teólogos Domingo Soto (9), y del mismo sentir es San Bernardo *ad Eugenium* y Santo Tomás (10). 2.

La contraria opinión es decir que el Papa tiene *in actu* la jurisdicción espiritual y *in habitu* la temporal que el mismo Papa confirió después a los emperadores, la defienden varias

---

el cap. 1.°, §. final, colum. 1.ª *de prohibita feudi alienatione* dada por el Emperador Federico; Pablo de Castro *consil.* 56, *videtur*, núm. 3.°, libro 2.°.

(1) Sobre el citado cap. *novit.* en la palabra *iurisdict.*; sobre el cap. *quoniam*, distinc. 10.ª; sobre el cap. 1.°, dist. 22 y sobre el cap. *cum adversum*, dist. 96.

(2) En la ley 1.ª al final, tit. 1.°, part. 2.ª.

(3) Sobre el cap. *peccatum*, §. 9.°, núm. 7, *de reg. iu. in vi.*

(4) *De publicis concubin.*, col. 376.

(5) En la introducción del Digesto, col. 2.ª.

(6) En el tratado de *potestate imperatoris*, fol. 8, §. *ne prolixios.*

(7) En el prólog. de las Constituc. Napolitanas, vers. *liquet etiam*, núm. 2.

(8) En su obra *Espejo de príncipes*, cap. 16.

(9) *De iust. et iure*, lib. 4.°, cuest. 4.ª, arts. 1.° y 2.° y acerca del cap. 1.° y 20 de San Mateo.

(10) Secunda secundae, cuest. 40, art. 2.°.

Idem in extravaganti ad reprimendum, verbo totius orbis, Covar. ubi supra. §. ix. nume. 7. Navarrus in d. c. novit & Vermondus ubi supra plura allegant pro hac parte, licet teneant partem primam; haec opin. communis est secundum Abb. in c. si duobus. §. fin. de apella. Deci. in d. c. novit nume. 7. Castaldus de Imperatore q. 50. dicit communem Navarrus d. c. novit, notab. xxx. nume. 18 cum sequen. Covar. ubi supra nume. 7. licet primam teneat. pro hac ii. parte facit, quia dominus noster utrunque gladium aliquando exercuit, Sanctus Thomas de regimine principum lib. iii. c. xii & in iii. par. quaest. viii. artic. iiii. Florent. in iii. part. tit. xxiii. c. ii. Silvester in verbo Papa quaest. x. Alphons. de Castro de iusta haereticorum punitione lib. ii. c. xxiii. col. ii. & sic dominus noster videtur utrunque gladium Petro vicario suo tradidisse quod & sentit Matthaeus Afflict. decisi. Neap. cclxv. num. 14. dum ait Papam esse omnia & supra omnia. Tenet Guerrerius in Speculo princi. c. xvi. in princi. idem ibidem ca. lv. dum firmat Imperatorem esse Papae Vicarium etiam in temporalibus, & expressius d. c. xvi. nu. 6. in quibus locis sibi ipsi adversatur, Ioannes Faber in l. cunctos pop. C. de summa trini. Burgen. addi. iii. super c. i. Mathaei.

3. Itaq; cum indubitatum sit, Deum † esse dominum totius mundi, Papamq; esse Vicarium Christi Dei nostri tam in temporalibus quam in spiritualibus, & Imperator sit Papae Vicarius in temporalibus totius mundi sequitur esse dominum totius mundi etiam quo ad iurisdictionem & gubernationem, nam Deus a quo ipsi habuerunt mundum gubernabat, unde Boëtius Metro. 9. lib. 5.

«*O qui perpetua mundum ratione gubernas.*

Glosas (1), y numerosos autores, así Inocencio (2), Bartolo (3), Covarrubias (4), y aunque siguen la primera parte, aducen numerosos argumentos en defensa de esta segunda Navarro (5) y Vermundo (6). El Abad (7) la propone como opinión común; también la siguen Decio (8), Castaldo (9), Navarro (10) la llama opinión común, como también Covarrubias (11) aunque él sea partidario de la opinión contraria. Esta segunda parte tiene en su favor, el que nuestro Señor ejerció alguna vez uno y otro poder, como consta por Santo Tomás (12), Florent (13). Silvestre (14), y Alfonso de Castro (15), y así parece haber trasferido nuestro Señor uno y otro poder a su vicario Pedro, como afirman los anteriores autores y según el sentir de Mateo de Afflictis cuando dice, que «el Papa es todas las cosas, y que está sobre todas las cosas». Defiende esta doctrina Guerrero (16) cuando asienta en el capítulo 55 que el Emperador es el vicario del Papa aun en lo temporal, y más expresamente en el capítulo 16 n.° 6, si bien en estos lugares él mismo contradice su anterior doctrina. Finalmente son partidarios de esta opinión Juan Faber (17) y el Burgense (18).

---

(1) Tales son: la Glosa en el citado cap. *novit*, en la palabra *iurisdic.*; la Glosa en el cap. *causam quae, qui filii sint legitimi;* la Glosa en la clementina *ad nostram, de haereticis* que lo prueba por lo extravagante *unam sanctam, de maioritate et obedientia.*

(2) Sobre el citado cap. *novit.*

(3) Acerca de la ley 1.ª, §. *praeses* del Digesto, tít. *de requirendis reis*, como también sobre la Extravagante *ad reprimendum* en la palabra *totius orbis.*

(4) *Ubi supra*, §. IX, núm. 7.

(5) Sobre el citado cap. *novit.*

(6) *Ubi supra.*

(7) Sobre el cap. *si duobus*, §. final, *de appellatione.*

(8) Sobre el citado cap. *novit*, núm. 7.

(9) *De Imperatore*, cuestión 50.

(10) Sobre el capít. *novit*, *notabis* 50, núm. 18 y siguientes.

(11) *Ubi supra*, núm. 7.

(12) En su obra *de regimine principum*, lib. 3.°, cap. 12 y en la partida 3.ª, cuestión 8.ª, art. 4.°.

(13) Parte 3.ª, tít. 25, cap. 2.°.

(14) En la palabra *Papa*, cuest. 10.

(15) *De iusta haereticorum punitione*, lib. 2.°, cap. 25, col. 2.ª.

(16) *Espejo de príncipes*, cap. 16 al principio, cap. 55 y cap. 16, núm. 6.

(17) Sobre la ley *cunctos popul.* del Código, tít. *de Summa Trinitate.*

(18) Adición 3.ª, sobre el cap. 1.° de San Mateo.

Et Lucanus lib. ix. bellorum civilium.

»*Deus est quodcunq; vides quocunq; moveris.*

Et rursus eod. lib. ait:

»*Nil agimus nisi sponte Dei.*

Et Plautus in rudente de Deo ait:

»*Iterum ille eam rem iudicatam iudicat.*

Et Sillius Italicus lib. vi. bell, puni. ait:

»*Iustitiae iustiq; dator, qui cuncta gubernas.*

Et Statius lib. v. Theb. ait:

»*Cuncta haec superum demissa suprema*
»*Mente fluunt.*

Et Titus Calpurnius Aegloga. iiii. ait:

»*Deus ipse canatur,*
»*Qui populos urbesq; regit pacemq; togatam,*

Et Boëtius metro. v. lib. i. scripsit.

»*O stelliferi conditor orbis,*
»*Qui perpetuo nexus solio*
»*Rapido coelum turbine versas*

Así, pues, constando fuera de toda duda, que Dios es señor de todo el mundo, y que el Papa es el vicario de Cristo Nuestro Señor tanto en las cosas temporales como en las espirituales, y que el Emperador es el vicario del Papa en todo el mundo en lo que se refiere al orden temporal, síguese que es señor, de todo el mundo, aun en lo que respecta a jurisdicción y gobierno. Porque Dios, de quien los Emperadores han recibido el poder, gobernaba en efecto el mundo; por lo que dice Boecio (1). 3.

«Oh tú, que con eterna inteligencia riges el mundo».

Y Lucano dice también (2):

«Dios es cuanto contemplas, y a cualquier lugar que te muevas, es Dios».

Y en otro lugar (3):

«Nada hacemos sin el consentimiento de Dios».

Plauto afirma también de Dios (4):

«El juzga de nuevo la causa ya sentenciada».

Silio Itálico exclama (5):

«Dador de la justicia y de lo justo, que gobiernas todas las cosas».

Estacio dice (6):

«Todas estas cosas dimanan de la suprema voluntad de los dioses».

Tito Calpurnio exclama (7):

«Celebremos al mismo Dios que gobierna pueblos y ciudades y la paz civil».

Boecio dice también en otro lugar (8):

«Oh Hacedor del estrellado firmamento, que sentado en eterno trono, haces girar al cielo con rápido movimiento, y obligas a los astros a someterse a leyes fijas y diriges todas las cosas a un fin ya señalado».

Manilio escribe así (9):

---

(1) En el libro 5.°, metro 9.°.
(2) En el libro 9.° de las guerras civiles.
(3) En el mismo libro 9.°.
(4) En su comedia *Rudens*.
(5) En el libro 6.° de las Guerras Púnicas.
(6) Tebaida, lib. 5.°.
(7) En su Egloga 4.ª.
(8) Libro 1.°, metro 5.°.
(9) En el libro 1.° de su *Astronomicon*.

»*Legemq; pati sydera cogis,*
»*Omnia certo fine gubernas,*

Et Manilius lib. i. Astro. scripsit:

»*At mihi non praesens ratio tam ulla videtur*
»*Qua pateat mundum divino numine verti.*

Et Claudianus lib. i. in Ruffinum inquit:

»*Tunc omnia rebar*
»*Consilio firmata Dei, qui lege moveri*
»*Sydera, qui fruges diverso tempore nasci,*
»*Qui variam Phoeben alieno iusserit igne*
»*Compleri. solemq; suo, porrexerit undis*
»*Littora, tellurem medio libraverit axe.*

Maniilus lib. i. Astrono.

»*Hoc opus immensi constructumq; corpore mundi,*
»*Membraq; naturae diversa condita forma,*
»*Aeris atq; ignis terrae pelagiq; iacentis,*
»*Vis animae divina regit, sacroq; meatu*
Conspirat Deus, & tacita ratione gubernat.

Idem lib. ii:

»*Sic omnia toto,*
»*Dispensata manent mundo dominum; sequuntur*
»*Hic igitur Deus & ratio, quae cuncta gubernat*
»*Ducit ab aethereis terrena animalia signis,*

«A mí ninguna razón me parece tan clara, como que el mundo esté gobernado por una mente divina».

Y Claudiano dice (1):

«Ciertamente la sabiduría de un Dios, según mi juicio, afianzó toda la naturaleza: él ordenó que los astros se moviesen con leyes fijas, que los frutos brotasen en las diversas estaciones, él dispuso que la variable luna se llenase con luz prestada y el sol con brillo propio; él señaló a las ondas litorales dilatadas, y hace balancear a la tierra sobre su eje».

Manilio exclama (2):

«Esta inmensa y ordenada máquina del mundo y los miembros todos de la naturaleza producidos por diversas combinaciones del aire, del fuego, de la tierra y del profundo mar, están regidos por una mente celestial; la divinidad la sustenta con secreto influjo y gobierna con ocultos medios».

Y en otro lugar del libro 2.º:

«Todas las cosas están, pues, ordenadas en todo el mundo y obedecen a la voluntad de quien las ordenó. Pues bien; este Dios, esta inteligencia que todo lo gobierna, ha querido que los animales terrenos dependieran de los signos celestiales. Signos que, aunque apartados a inmensa distancia de la tierra, nos fuerza la experiencia a reconocer, que son los que deciden de la vida y de los destinos de los pueblos, y de las costumbres propias de cada uno de los seres. Esta verdad no exige largos razonamientos. El cielo ejerce manifiesta influencia sobre los campos; él causa la fertilidad o la esterilidad de las mieses; él agita los mares, y los lanza contra las costas y los obliga a retirarse».

Contando por lo dicho, que el Supremo Hacedor gobierna y ha gobernado al mundo entero, habiendo concedido este gobierno el Papa, y el Papa al Emperador, síguese que a éste le compete el gobierno del mundo.

Mas el que esta autoridad suprema imperial proceda inmediatamente de Dios, parecen probarlo los textos del Código (3) y de varias auténticas (4), en una de las cuales (5), se 4.

(1) Libro 1.º, contra Rufino.

(2) Libro 1.º de su *Astronomicon*.

(3) *De veter. iure enucleando*, ley 2.ª, §. *si quis*.

(4) *Authent. de fide instrum.* §. *quia vero.*; y la *authent. de consulibus*, al final en la ley *in nomine Domini, de officio Praefecti.*

(5) *Authent. quoniam oportet episcop.*

»Quae quanquam longo cogit submota recessu,
»Sentiri tamen ut vitamq; ac fata ministrent
»Gentibus, ac proprios per singula corpora mores
»Haec minus est quaerenda fides, sic temperat arva
»Coelum, sic varias fruges redditq; rapitq;
»Sic pontum movet, & terris, immittit & aufert.

Ergo cum Deus optimus maximus orbem regat & regeret: regimenq; Papae concesserit & Papa imperatori, consequens fit imperatorem mundi regimen habere.

4. Quod autem † imperium sit immediate a deo videtur probare tex. in authen. de fide instru. §. quia vero, & C. de vete. iure enucle. l. ii. §. siquis & in authen. de consulibus in fi. in l. in nomine dni. de officio praefecti. & in authent, quoniam oportet episco. ubi probatur quod imperium immediate est a Deo. & quod imperium sit a Deo, tripliciter probatur. primo permisive. secundo approbative. tertio formaliter. Permissive, nam hoc est permissum a Deo propter bonum universale, quia entia nolunt male disponi, nec bonum est pluralitas principatuum, unus ergo princeps. ut ait Aristot. xii. Metaphi. ad finem. hoc enim permissum est a Deo sub ratione finis, ut mundus optimis legibus regatur. Nam secundum Phisicam regulam, cuius finis bonus est, ipsum quoque bonum est, omnia enim rectificat finis. iustum est enim a fine denominari omnia secundum Philoso. Secundo dixi, quod imperium est a Deo approbative, Christus enim approbavit imperium, dum dixit. imago Caesaris reddatur Caesari, ut habetur in evangelio. ait Aposto. ad Romanos. c. xiii. non est enim potestas nisi a Deo, quae autem sunt a Deo ordinata sunt & etiam Daniel prophetavit in visionibus suis monarchiam

asienta expresamente que el imperio procede inmediatamente de Dios. De tres modos puede defenderse que el imperio procede de Dios: *permisive*, *aprobative*, *formaliter*. Primero, *permisive* en cuanto que Dios lo ha permitido para bien universal de todos, porque los seres no quieren estar mal ordenados, ni es un bien la pluralidad de principados; haya, pues, un solo supremo príncipe, como dice Aristóteles (1). Dios ha permitido el imperio bajo la razón de fin, para que el mundo sea regido por excelentes leyes. Porque según una norma física si una cosa se encamina a un fin bueno, la misma cosa es buena, ya que el fin rectifica todas las cosas, porque según los filósofos es justo que el fin lo especifique todo. En segundo lugar hemos dicho que el imperio procede de Dios *aprobative*, porque, en efecto, el mismo Cristo lo aprobó cuando dijo: «La imagen del César devuélvase al César» según consta por el Evangelio; y el Apóstol, en su carta a los Romanos (2), dice: «No hay poder alguno que no venga de Dios»; ahora bien lo que de Dios procede está siempre ordenado; además vemos que Daniel vaticinó en sus visiones las Monarquías Asiria, Persa, de los Griegos y de los Romanos; vaticinios que no pudieron realizarse sin la voluntad de Dios. En tercer lugar afirmamos que el Romano Imperio procede de Dios *formaliter* y *effective;* porque siendo de este sentir toda la comunidad cristiana, aunque existan algunos reinos que de hecho no obedezcan al Emperador, pero ésto se ha de interpretar de este modo, que el mismo Dios lo dispone así como cabeza que es de aquella comunidad cristiana y después de Dios el Emperador. Así consta por el can. *venerabilem*, *de electione* comentado por los doctores, así lo defiende Guerrero (3), cuya opinión en cuanto asienta que el Romano Imperio procede de Dios *formaliter*, es sospechosa, pero en los restantes puntos es verdadera, de tal modo sin embargo que, según él, no sólo 5.
el supremo poder sino también el medio, el mediano y el mínimo y cualquier potestad, aun la más ínfima, procede de Dios conforme a las palabras del Señor, dirigidas a Pilatos (4),

(1) Metaphis., XII.
(2) Cap. 13.
(3) *Espejo de príncipes*, cap. 55.
(4) Espejo de los Príncipes, cap. 55.

Assyriorum, Persarum, Graecorum, & Romanorum; quod non prophetatum fuit sine voluntate Dei. Tertio dico, quod Romanum imperium a Deo est formaliter & effective. nam cum tota collectio Christianorum hoc teneat, licet quaedam regna de facto non obediant, non est putandum aliud, nisi quod etiam ipse Deus hoc disponat, qui est caput illius collectionis. & post Deum imperator. Apostolicus hoc approbat. ut in ca. venerabilem. de electione, & ibi Docto. ita Guerre. in Speculo. c. lv. cuius sententia quatanus ait Romanum imperium a Deo esse formaliter suspecta est, in reliquis autem vera est, ita tamen ut non solum summum imperium, sed

5. † etiam medium, mediocre, aut etiam minimum & quaelibet inferior potestas dicatur esse a Deo secundum eum. c. xvi. num. 6. iuxta verbum Domini dicentis ad Pilatum, Non haberes potestatem in me ullam nisi data esset tibi desuper.

6. Sunt † tamen, qui velint regna & imperia non esse a Deo sed a fortuna unde Manilius lib. ii. Astron. sic ait:

«Mitto, quod certum est, & inevitabile fatum

7. Verg. lib. vi. Aeneid.

»Desine fata deum flecti sperare precando.

Iuvenalis Saty. ix.

»Fata regunt homines.

Seneca in Oedippo,

»Fatis agimur, credite fatis
»Non sollicitae possunt curae

«no tendrías poder alguno sobre mí, si de lo alto no se te hubiera concedido». Existen con todo quienes opinan que los reinos e imperios no son obra de Dios sino del destino. Así dice Manilio (1): 6.

«Paso por alto el que el destino es cierto e inevitable».

Virgilio escribe en la Eneida (2):

«No abrigues la esperanza de torcer con tus súplicas el curso del destino». 7.

Y Juvenal:

«El destino es el que rige a los hombres».

Séneca escribe así en su Edipo:

«Somos juguete del destino, confiémonos, pues, a él. Ningún cuidado humano podrá cambiar la trama del fatal huso. Cuanto el humano linaje sufre, cuanto realiza todo viene de lo alto. Lachesis (3), hila a cada uno con inflexible mano la trama que le está destinada. Todas las cosas se deslizan por el sendero ya trazado, y el primero de nuestros días determinó ya el último. Ni el mismo Dios tiene poder para romper la cadena que enlaza a las causas con sus efectos, ni súplica alguna puede detener este movimiento decretado, una vez que se inicia; a muchos el mismo temor les ha sido perjudicial; cuántos queriendo huir de su destino han venido a caer en sus manos».

Y en su Octavia escribe:

«El humano linaje está regido por la fatalidad. Ningún mortal puede prometerse bien alguno constante y durable; y el porvenir siempre pavoroso se desenvuelve entre tan diversos accidentes».

Manilio se expresa así (4):

«Oh mortales, desechad de vuestros ánimos los cuidados, no deis cabida a las vanas inquietudes y no os lamentéis de vuestra suerte con tan vanas quejas. El destino rige el orbe entero, todo está sometido a sus inflexibles leyes. Todos los sucesos están irrevocablemente ligados al tiempo que ha de producirlos. El instante de nuestro nacimiento, señala ya el de nuestra muerte; nuestro fin depende de nuestra primera

(1) Libro 2.° de su *Astronomicon*.
(2) Libro 6.°.
(3) Una de las Parcas. (T.)
(4) Libro 4.° de su *Astronomicon*.

»Mutare rati stamina fusi.
»Quicquid patimur mortale genus,
»Quicquid facimus venit ex alto,
»Servatq; sua decreta colus,
»Lachesis dura revoluta manu.
»Omnia secto tramite vadunt
»Primusq; dies dedit extremum.
»Non illa Deo vertisse licet,
»Quae nexa suis currunt causis.
»It cuiq; ratus prece non ulla
»Mobilis ordo. multis ipsum
»Timuisse nocet, multi ad fatum
»Venere suum, dum fata timent.

Idem in Octavia.

»Regitur fatis mortale genus
»Nec sibi quisquam spondere potest
»Firmum & stabile, perq; casus
»Volvitur varios semper nobis
»Metuenda dies

Manil. lib. iiii. Astrono.

»Solvite mortales animos, curasq; levate
»Totq; super vacuis vitam deflete querelis
»Fata regunt orbem, certa stant omnia lege,
»Longaq; per certas signantur tempora cursus.
»Nascentes morimur, finisq; ab origine pendet.
»Tunc & opes, & regna fluunt, & saepius orta
»Paupertas, artesq; datae, moresq; creati,

existencia. De este principio brotan las riquezas y el poder y aun frecuentemente la misma pobreza, las cualidades artísticas, las costumbres, los vicios, las desgracias, la pérdida o provecho de los bienes. Nadie evitará el mal que el destino le señale, ni conseguirá jamás lo que éste le niegue. En vano intentaremos con nuestras súplicas ganar los favores de la fortuna o huir de sus amenazas; cada uno debe someterse a su suerte. Y si no fuese el destino el árbitro de la vida y de la muerte ¿hubiera escapado Eneas del incendio de Troya y esta ciudad sostenida por un solo guerrero, ¿se hubiera levantado victoriosa de sus ruinas? ¿O acaso una loba se hubiera presentado a amamantar a dos gemelos abandonados, y hubiera tenido de aquí su origen la ciudad de Roma? ¿Acaso unos pobres pastores hubieran visto después transformadas sus cabañas en esas fortalezas del monte Capitolio? ¿Acaso Júpiter se hubiera sujetado a este su alcázar capitolino? Y un pueblo vencido ¿cómo llegaría a ser cabeza del Orbe? Y Mucio apagado el fuego con la sangre de sus heridas ¿hubiera entrado victorioso en Roma? Un solo Horacio ¿hubiera defendido un puente y una ciudad contra las enemigas armas de un ejército? ¿Una sola joven romana osaría quebrantar un tratado? ¿Y tres hermanos gemelos hubieran sucumbido bajo el empuje de un solo guerrero? No fué el ejército el que entonces venció. La salvación de Roma dependía de un solo guerrero y el imperio del orbe se fundaba en la suerte de un solo luchador».

Estacio escribe así (1):

«¡Oh dura ley del destino! ¿Qué cosa hay que escape a su poder? Cuánto se hubiera retrasado para muchos mortales la hora suprema, si en tu mano estuviera, oh César, el destino de todos. La muerte gemiría encerrada en tenebrosa cárcel, y ociosas las Parcas dejarían reposar por largo tiempo sus husos».

Y Manilio (2):

«Si el destino nos ha otorgado todas esas cosas, que el mismo destino las gobierne».

Claudiano dice (3):

---

(1) Libro 5 *Sylvarum*.
(2) En el libro 1.° *Astronomicon*.
(3) En el libro 1.° a Rufino.

»Et vitia & clades, damna & compendia vitae
»Nemo caret damno, poterit nec habere negatum,
»Fortunam ve suis in vitam perdere votis,
»Aut fugere instantem, sors est sua cuiq; ferenda.
»At nisi fata darent leges vitaeq; necisq;
»Fugissent ignes Aeneam Troia sub uno
»Non eversa viro, fatis vicisset in ipsis,
»Aut lupa proiectos nutrisset martia fratres,
»Romaq; sic enata foret, pecudumq; magistri
»In capitolinos auxissent culmina monteis,
»Includi've sua potuisset Iupiter arce
»Captus, vel caput hic orbis foret igne sepulto
»Vulneribus victor repetisset Mutius urbem
»Solus, & oppositis clausisset Horatius armis
»Pontem, urbemq; simul rupisset foedera virgo,
»Tresq; sub unius fratres virtute iacerent,
»Nulla acies tunc evicit, pendebat ab uno
»Roma viro, regnumq; orbis sortita iacebat.

Statius lib. v. Sylvarum.

»Heu durus fati tenor, est ne quod illi
»Non liceat. quantae poterant mortalibus annis
»Accessisse morae; si tu pater omne teneres
»Arbitrium, caeco gemeret mors clausa barathro.
»Longius & vacuae posuissent stamina parcae.

Et Manilius lib. i. Astrono.

»Si sors ista nobis dedit sors ipsa gubernet.

«Con frecuencia se ha suscitado en mi mente la duda sobre si los dioses se preocupaban de las cosas terrenales, o si más bien, no existiendo quien dirigiese las cosas humanas, éstas se desenvolvían sujetas al ciego destino».

Virgilio escribe en la Egloga 9.ª:

«La suerte todo lo confunde».

Acerca de la fortuna dice un autor:

«Oh fortuna, la única poderosa, funesta vengadora del 8.
derecho. Tú derribas a los buenos y levantas a los malvados, sin que se pueda comprar tu fidelidad con dones. La fortuna colma de honores a los indignos, mientras a los inocentes castiga con desgracias. Aflige con dura pobreza a los hombres justos, mientras con abundantes riquezas hace dichosos a los perversos. Corta la vida de los jóvenes y conserva la de los ancianos, distribuyendo el tiempo con injusto capricho. Lo que arrebata a los buenos, se lo otorga a los malvados; para ella no hay distinción; juzga sin contemplación alguna. Inconstante, frágil, desleal, tornadiza, ni favorece con constancia a los que una vez ha encumbrado, ni tampoco a los que volvió la espalda, los tiene sumidos en perpetua aflicción».

Séneca escribe en su Hipólito:

«La fortuna rige nuestros destinos según su capricho; ella distribuye sus favores al azar, otorgándolos a los que menos lo merecen».

Y Manilio en el libro 2.° de su *Astronomicon* (1):

«La primera suerte se ha otorgado a la fortuna. Se la ha dado ese nombre porque ella encierra en sí cuanto se encamina a asentar los fundamentos de una casa, o a sostenerla, qué número se ha de tener de esclavos y qué tierras se poseerán en los campos» (2).

Ovidio en la carta consolatoria a Livia escribe:

«Estas mismas virtudes son las que hacen aparecer más tiránico el reinado injusto de la fortuna; y aquí se ve, cuán inseguros son sus favores. Aquí se la ve, cómo destruye todas las cosas, cómo se irrita y a su antojo confunde en todas partes lo justo y lo injusto. Pues qué ¿hubiera sido

---

(1) Estos versos están tomados del libro 3.° no del 2.°. Son unos versos sumamente oscuros, defecto de que con frecuencia adolece la obra de Manilio. (T)

(2) El original debe ser *quis sit consensus in arvis*

Et Claudianus lib. i. ad Ruffi. sic cecinit:

»*Saepe mihi dubiam traxit sententia mentem*
»*Curarent superi terras, an nullus inesset*
»*Rector, & incerto fluerent mortalia casu.*

Unde Virgilius Aeglog. ix.

»*Sors omnia versat.*

8. Et idem de fortuna.

»*Fortuna potens tantum*
»*Iuris atroxq; vendicas,*
»*Evertisq; bonos eligis improbos,*
»*Nec servare potest, muneribus fidem*
»*Fortuna immeritos auget honoribus*
»*Fortuna innocuos cladibus afficit,*
»*Iustus illa viros pauperie gravat*
»*Indignos eadem divitiis beat.*
»*Haec aufert iuvenes & retinet senes*
»*Iniusto arbitrio tempora dividens,*
»*Quod dignis adimit transfert ad impios*
»*Nec discrimen habet rectaq; iudicat,*
»*Inconstans, fragilis, perfida, lubrica,*
»*Nec quos clarificat, perpetuo fovet,*
»*Nec quos deseruit. perpetuo premit*

Seneca in Hippolyto.

»*Res humanas ordine nullo*
»*Fortuna regit spargitq; manu*
»*Munera coeca, peiora fovens.*

menor el poderío de la fortuna, si hubiera excusado este último llanto a Livia?».

Y Lucano dice también (1):

«Ya sea que nada haya prefijado de antemano, o bien que el incierto azar lleve y traiga a su antojo los destinos, si las cosas humanas están sujetas a infortunio, que al menos sus intentos nos hieran con golpe imprevisto».

Plauto en los cautivos:

«La fortuna forma las cosas humanas y las dispone a su antojo».

Manilio en el libro 2.° *Astronomicon:*

«¿Quién se atreverá a tachar de falso lo que la fortuna ha sancionado? ¿Quién podrá oponerse a la decesión de tan poderosa suerte?

Ausonio dice en un epígrama:

«La fortuna jamás permanece en el mismo estado, está en continuo movimiento, y le gusta variar y cambiar de suerte. Derriba las cosas más elevadas, y levanta las que yacían por tierra».

Ovidio se expresa así acerca de la fortuna (2):

«¿Qué haces insensato? Por qué si la fortuna te abandona te haces indigno de las lágrimas que acompañarán tu infortunio? Esta diosa sobre esa rueda inestable, que gira sin cesar bajo su pie mal seguro, nos indica cuán inconstante es».

El mismo Ovidio dice (3):

«Ya se ve, la fortuna otorga y arrebata a su antojo las riquezas; y el que hoy es un Creso, mañana será más pobre que Iro».

En otro lugar continúa (4):

«La tornadiza fortuna camina siempre errante con incierto paso, y ni lugar ni tiempo alguno pueden fijar su inconstancia. Unas veces nos sonríe, otras nos muestra su rostro airado. En una sola cosa es invariable, en su inconstancia. También yo florecí en otro tiempo, pero como flor caduca, como un fuego de heno que brilló un solo instante».

---

(1) En el libro 2.°. *Bell. civ.*
(2) Libro 4.° de Ponto.
(3) Libro 3.°. *Tristium.*
(4) En el libro 5.°. *Tristium.*

Manilius lib. ii. Astrono.

»Fortunae prima sors data est illa per artem
»Censetur titulo quia proxima continet in se
»Fundamenta domus domuiq; haerentia cuncta.
»Qui modus in servis, quis sit consensus in armis.

Ovid. Epistola consol. ad Liviam.

»Nempe per hos & iam fortuna iniuria mores
»Regnat. & incerta est hic quoq; nixa rota
»Hic quoq; sentitur nequid non improba carpat
»Saevit & iniustum ius sibi ubiq; facit
»Scilicet immunis. si luctus una fuisset.
»Libia fortunae regna. minora forent.

Lucanus lib. ii. Bell. Civil.

»Sive nihil positum est seu sors incerta vagatur.
»Ferq; refertq; vices & habent mortalia casum
»Sic subitum quodcunque paras.

Plautus in captivis.

»Fortuna humana fingit, artatq; ut lubet

Manilius lib. ii. Astrono,

»Quod fortuna ratum faciat quis dicere falsum
»Audeat & tantae suffragia vincere sortis?

Y Horacio (1):

«La fortuna arrebata con agudos gritos la diadema de una frente y se goza poniéndola en otra diversa».

Y en otro lugar exclama (2):

«La fortuna se regocija en sus crueles juegos y tenaz en hacernos sentir sus insolentes caprichos, cambia de uno en otro sus inciertos favores, hoy benigna conmigo, mañana con otro».

Y Juvenal dice (3):

«Si tal es el capricho de la fortuna, de retórico subirás a cónsul; y si esta misma así lo quiere, de cónsul descenderás a retórico».

Séneca dice así en la tragedia Hércules:

«La injusta fortuna rara vez respeta aun a las más señaladas virtudes; nadie por mucho tiempo puede exponerse con seguridad a numerosos peligros, porque a quien muchas veces ha dejado intacto el infortunio, alguna vez por fin tropezará con él».

En la tragedia Hipólito dice:

«Nadie puede poner su confianza en la tornadiza fortuna». 9.

Ves, pues, como si atendemos a la opinión de tales autores (4) la fortuna tiene sometido a su dominio el orbe y cómo le ha gobernado a su antojo; pero ciertamente mucho más verdadera y más digna de respeto es la opinión de quienes juzgan que la misma fortuna es inferior a la sabiduría. Por eso canta así Juvenal (5):

«No existe la divinidad de la fortuna, cuando nosotros somos sabios, prudentes. A nuestra ignorancia debes, oh fortuna, tu divinidad y tu morada en el cielo».

Séneca escribe en su Medea:

«La fortuna respeta a los esforzados, y maltrata a los pusilánimes».

Mas como toda autoridad, jurisdicción y poder desde el supremo grado hasta el ínfimo, tenga su origen en Dios, quien verdaderamente rige el mundo y no la fortuna, y como 10.

(1) En la oda 34, lib. 1.º.
(2) Oda 29 del libro 3.º.
(3) En la sátira 7.ª.
(4) Debe haber errata en el original. Debe ser *ex istorum opinione*.
(5) Sátira 10.ª.

Ausonius in Epigram.

»Fortuna nunquam sistit in eodem statu.
»Semper movetur, variat & mutat vices.
»Et summa in imum vertit ac versa erigit.

Ovid. lib. iiii. de Ponto.

»Quid facis. ah demens cur si fortuna recedat
»Naufragio lachrymas eripis ipse tuo?
»Haec dea non stabili, quam sit levis orbe fatetur.
»Quod summum dubio sub pede semper habet.

Idem lib. iii. de Tristibus.

»Nempe dat & quodcunque libet fortuna rapitq;
»Irus & est subito, qui modo Croesus erat.

Idem v. de Tristibus.

»Passibus ambiguis fortuna volubilis errat
»Et manet in nullo certa tenaxq; loco.
»Sed modo laeta manet. vultus modo sumit acerbos
»Et tantum constans in levitate sua est.
»Nos quoq; floruimus, sed flos fuit ille caducus
»Flammaq; de stipula nostra brevisq; fuit.

Horatius oda. xxxiiii. lib. i.

»Hinc apicem rapax
»Fortuna cum stridore acuto
»Sustulit. hinc posuisse gaudet.

Idem oda. xxix. lib. iii.

»Fortuna saevo laeta negocio &
»Ludum insolentem ludere pertinax

(según probaremos en seguida) si el Emperador de Romanos fuese Emperador y señor de todo el mundo, sería éste un gobierno no sólo malo sino también perniciosísimo, síguese de aquí, sin el menor asomo de duda, que semejante régimen revestido de una amplitud tan poco racional y sumamente perniciosa, no ha podido ser dado ni otorgado por Dios, que es la suprema providencia, fuente y origen del bien y de la justicia, como todos sabemos y ya anteriormente se ha expuesto. Es desde luego manifiesto, que sería un gobierno pésimo el que un solo hombre fuera emperador de todo el mundo, porque el mismo Dios Supremo Hacedor separó unas tierras de otras, interponiendo entre ellas pavorosos mares, que si bien la perversa audacia de los hombres ha osado penetrar, con todo ha sido siempre y es ahora una empresa monstruosa, impropia de la humana naturaleza, llena de pavor, desesperación y expuesta al azar, y negado por Dios, Supremo Creador a las humanas fuerzas; y el sólo intentar los hombres tal empresa debe considerarse casi un delito, según el testimonio de Horacio que dice (1):

«De roble tenía el corazón y armado de triple acero, el que confió el primero una frágil barca a los furores del mar, sin temer la furia del veloz Africo al chocar con el Aquilón, ni a las siniestras Hiades (2), ni al furioso Noto». 11.

En la misma oda dice:

«La audacia humana no retrocede ante empresa alguna, y le lanza por el vedado camino de lo ilícito». 12.

Claudiano escribe lo siguiente (3):

«El primero que osó surcar el mar profundo con nave por su mano fabricada, y con toscos remos removió las aguas, el que osó desplegar las velas al soplo de los inseguros vientos, abrió con su habilidad un camino que la naturaleza había negado al hombre». 13.

Y Ovidio:

«El navegante acongojado mira con espanto los enemigos vientos, y ve tan cerca de sí la muerte, cuanto lo está el agua que surca». 14.

Juvenal dice en la sátira 12.ª:

(1) Oda 3.ª, lib. 1.º.

5. *Imperatori Romano non subsunt etiam de iure reliqui principes contra Bald. & alios.*
6. *Imperatori non subsunt civitates liberae; contra Doctores.*
7. *Imperatori Romano non licere magistratus in omnibus mundi civitatibus ponere; contra Doctores.*
8. *Regem eligere posse civitates; contra novissimos.*
9. *Principes boni sunt a Deo.*
10. *Principes & magistratus mali sunt a Deo.*
11. *Principes & magistratus mali dicuntur non esse a Deo.*
12. *Principes mali & boni a Deo esse, ut intelligendum, nova declaratio.*
13. *Deus providet & consulit non solum universis sed etiam singulis rebus.*
14. *Animalium tam rationabilium quam brutorum, sive terrestrium, sive volucrium, sive aquatilium variorum, tam*

CAPÍTULO VIGÉSIMOPRIMERO

SUMARIO

¿Tiene el Papa jurisdicción temporal sobre todo el orbe? Cuestión notable. 1.

Cristo nuestro Señor en cuanto hombre ¿tuvo el dominio temporal sobre todo el mundo? 2.

El señor del mundo en el orden temporal, ni lo fué Cristo nuestro Señor, ni lo es el Papa, ni el Emperador; sólo lo fué Adán. 3

El Emperador no es señor de cada una de las cosas particulares; contra algunos autores. 4.

Los demás príncipes no están sometidos, ni aun de derecho al Emperador Romano, contra Baldo y otros. 5.

Las ciudades libres no están sujetas al Emperador; contra los doctores. 6.

Que no le es lícito al Emperador Romano el nombrar magistrados en todas las naciones del mundo; contra algunos doctores. 7.

Que las naciones pueden elegir para sí mismas su príncipe; contra algunos modernos. 8.

Los príncipes buenos proceden de Dios. 9.

Los príncipes y magistrados perversos proceden también de Dios. 10.

¿En qué sentido se dice, que los príncipes y magistrados malos no proceden de Dios? 11.

¿Cómo se ha de entender que los príncipes buenos y malos proceden de Dios? Nueva declaración. 12.

Dios vela y mira no sólo por las cosas en general, sino por cada una en particular. 13.

Se declara la verdadera causa tanto de los apetitos e inclinaciones, cuanto de los actos y operaciones de los animales, 14.

appetituum ac inclinationum, quam actionum & operationum vera causa.

15. *Coelestia signa duodecim.*
16. *Animalium varii appetitus & actiones.*
17. *Coelestia sydera habent potestatem & vim influendi in animalia cuncta.*
18. *Animalium peritia.*
19. *Coelestia & terrestria omnia operantur cogente natura, praeter hominem, qui operatur ex libero arbitrio.*
20. *Voluntarii actus poenam, aut proemium merentur, non necessarii.*
21. *Dei providentia & concurrentia qualis sit respectu cunctarum rerum.*
22. *Imperium a Deo esse, varie intelligitur.*
23. *Imperium esse videtur de iure naturali, vel gentium primaevo ita tamen, ut cesset coactio.*
24. *Imperium quare non sit inter bruta, quae socialiter vel gregatim vitam degunt, ut est inter homines.*
25. *Animalia non solent nocere animalibus suae speciei, fallit in homine.*
26. *Similitudo ecclesiae militantis ad ecclesiam triumphantem.*
27. *Imperium a Papa in Imperatorem nunquam migravit, quia apud eum nunquam fuerat, ardua q.*
28. *Historia Alexandri.*
29. *Homo homini auxiliari iure naturae tenetur.*
30. *Moras non patitur auxilium.*
31. *Fabula Bovis & Cameli.*
32. *Dei a providentia & iustitia alienum, unum hominem mundi totius esse Imperatorem.*
33. *Mundi dominum, qui se iactaret daemonum e coelo cadentium audatiam superaret.*
34. *Mundi dominum unum hominem esse, nocentissimum esse.*
35. *Iurisdictionem alienam usarpare interdum capitale est.*

así racionales como irracionales, ya sean terrestres, volátiles o del mar en sus varias especies.

Los doce signos celestes. 15.

Diversidad de apetitos y actos de los animales. 16.

Las constelaciones celestes tienen poder y eficacia para influir en todos los animales. 17.

Instinto de los animales. 18.

Todos los seres de cielo y tierra proceden obligados por su naturaleza, a excepción del hombre que obra con libre albedrío. 19.

Los actos voluntarios son merecedores de castigo, o de premio; pero no los actos necesarios. 20.

¿De qué naturaleza es la providencia y el concurso de Dios con respecto a todas las cosas? 21.

Diversos sentidos en que se dice, que la autoridad procede de Dios. 22.

La existencia de autoridad parece ser de derecho natural, o de derecho de gentes primitivo, pero sin coacción alguna a vivir bajo ella. 23.

¿Por qué no existe autoridad entre los brutos qne viven unidos o en rebaños, como los hombres en sociedad? 24.

Los animales no suelen causar daño a los de su especie; pero no sucede ésto con el hombre. 25.

Semejanza de la iglesia militante con la triunfante. 26.

La autoridad no pudo trasferirse del Papa al Emperador, porque nunca residió en el Papa. Cuestión ardua. [Se refiere al dominio sobre todo el orbe en el orden temporal] (T.). 27.

Ejemplo de Alejandro. 28.

El hombre está obligado, según el derecho natural, a auxiliar a sus semejantes. 29.

El auxilio no sufre dilaciones. 30.

Fábula del buey y el camello. 31.

Es ajeno a la providencia y justicia divina, el que un solo hombre sea emperador de todo el mundo. 32.

Quien se jactase de ser señor de todo el mundo, sobrepasaría la soberbia de los demonios lanzados del cielo. 33.

Sería sumamente perjudicial el que un solo hombre fuera señor de todo el mundo. 34.

El usurpar la jurisdicción ajena, es a veces causa de incurrir en pena capital. 35.



UINQUAGESIMO QUARTO defluit etiam ex nostra principali sententia definitio illius memo-
1. rabilis articuli. An † summus pontifex sit dominus totius mundi quo ad iurisdictionem etiam in temporalibus, non secus quam in spiritualibus, ut sic si quam habent principes saeculares iurisdictionem in temporalibus eam non iure proprio, sed quasi defluentem & mandatam ac concessam a Papa habere videantur, id quod non solum multi utriusque iuris interpretum adfirmant, sed etiam non pauci eorum asserunt hanc esse receptiorem opinionem. Ex diverso contrariam partem, ut summus pontifex non habeat iurisdictionem in temporalibus, sed tantum in spiritualibus, non solum utriusque iuris interpretum multi contendunt, sed etiam eorum non pauci adfirmant hanc esse frequentiorem opinionem, quos auctores retulimus supra c. praecedenti ad principium, & haec pars cum moderamine illico dicendo verior est, & ex nostra sententia principali probatur. Nam cum utranque potestatem ad meram subditorum utilitatem institutam fuisse, iam fuse ostenderimus, nec dubium sit, quin ad hominem unum spectare universorum hominum, provintiarum, & nationum regimen & iurisdictionem in temporalibus esset noxium, perniciosum, intolerabile, ut proximo capite edocemur, reliquum est talem iurisdictionem in per-
2. sona solius Papae residere minime posse. Id quod dilucide apparet ex Domini nostri testimonio dum dixit: Regnum meum non est de hoc mundo. Et rursus in evangelio Matthaei dicitur: Vulpes foveas habent & volucres coeli nidos, filius autem hominis non habet ubi caput suum reclinet. Item apparet etiam illinc ubi interroganti respondit, quis me

Conclusión 54.ª De nuestra proposición principal colí- 1.
gese la solución de aquel célebre artículo, a saber: si el Sumo Pontífice es señor de todo el mundo en cuanto a jurisdicción, aun en las cosas temporales, no menos que en las espirituales, de suerte que si los príncipes seglares tienen alguna jurisdicción en el orden temporal, parezcan tenerla no por derecho propio, sino como dimanada del Papa, o por él confiada y otorgada; doctrina que no sólo sostienen numerosos intérpretes de ambos derechos, sino que además muchos de ellos la defienden como opinión mucho más admitida por los doctores. Mas por el contrario, también numerosos intérpretes de ambos derechos, no sólo defienden la opuesta opinión, a saber: que el Sumo Pontífice no tiene jurisdicción en lo temporal, sino sólo en lo espiritual, sino que además no pocos de entre ellos defienden que esta segunda es opinión más seguida; en el capítulo precedente, al principio, hemos citado a estos autores. Esta segunda opinión, con la limitación que en seguida diremos, es más conforme a verdad, y se corrobora por nuestra proposición principal. Porque habiendo ya demostrado extensamente, que ambas potestades han sido instituídas para exclusiva utilidad de los súbditos, y no habiendo la menor duda de que si el gobierno de todos los hombres, provincias y naciones y la jurisdicción en el orden temporal, estuviera en manos de un solo individuo, ésto sería nocivo, perjudicial e intolerable, como en el capítulo inmediato veremos, síguese el que de ningún modo puede residir en la sola persona del Papa semejante jurisdicción.

Lo mismo que con toda claridad aparece por el testimo- 2.
nio de Nuestro Señor al decir: «Mi reino no es de este mundo». Y de nuevo en el Evangelio de San Mateo se dice: «Las zorras tienen cuevas, y nidos las aves del cielo; mas el Hijo del Hombre no tiene donde reclinar su cabeza». También se colige esta doctrina de aquel lugar en que, a uno que le preguntaba, respondió el Señor: «¿Quién me ha constituído juez entre vosotros?» Claramente, pues, nos dió a entender, que en cuanto hombre, no tenía jurisdicción, ni poder en el orden temporal. Además en San Juan se escribe, que como hubiese temido a las turbas, se escondió, porque

constituit iudicem inter vos? ergo plane significavit non esse sibi tanquam homini iurisdictionem & imperium in temporalibus. Item in Ioanne scribitur, quod cum pavisset multitudinem, abscondit se, quia volebant eum populi rapere ac regem facere. Et rursus in Ioanne legitur: Non venit filius Dei in mundum ut iudicet mundum, sed ut salvetur mundus per ipsum, id quod repetitur Lucae. 7. Domine, inquit, vis dicimus ut descendat ignis de coelo & consumat illos, conversus increpavit illos, & dixit: non misit Deus filium suum in mundum ut iudicet mundum, sed ut salvetur mundus per ipsum. Et ultra rationem iam relatam & sex loca nuper recitata, septimo loco facit quia potestas datur propter usum ut docet Sotus lib. iiii. de iust. & iure. q. iiii. art. ii. l. non cogendum §. Sabinus. ff. de procur. l. haec stipulatio. §. divus ff. ut lega. nom. cau. sed Dominus noster Iesus Christus nullam saecularem iurisdictionem exercuit ergo & c. quod non exercuerit ostendit Sotus ubi supra art. i. & viii. loco facit quod legitur in Psal. ii. Ego (inquit) constitutus sum rex ab eo super Sion montem sanctum eius (hoc est ut Sotus d. art. i. interpretatur super ecclesiam praedicans praeceptum eius) & nono loco, Matthaei xxviii. Data (inquit) est mihi potestas in coelo & in terra, euntes ergo docete omnes gentes & c. ergo illam potestatem interpretatur & restringit ad solam potestatem docendi & praedicandi. Decimo, teste Esaia c. ix. Regnum suum in sempiternum dixit duraturum, ergo non habebat regnum ut reliqui principes terrae caducum & temporale. Undecimo ad idem quod legitur in Psal. Regnum omnium saeculorum, sic ergo non caducum. Sunt & alia, quae scite traduntur per doctis. Sotum lib. iiii. de iust. & iure q. iiii. art. i. & super Math. in c. i. & in c. xx. & per Guerrerium c. xvi in suo specul.

los pueblos querían apoderarse de él y nombrarle rey. Y de nuevo se lee en San Juan: «No vino el Hijo de Dios al mundo para juzgar a éste, sino para que por su medio el mundo se salve». Lo mismo que se repite en el capítulo 7.° de San Lucas: «Señor, dicen, ¿quieres que mandemos bajar fuego del cielo que los devore? Vuelto hacia ellos los reprendió y dijo: no envió Dios a su Hijo al mundo para juzgar al mundo, sino para que por él el mundo se salve». Y además de la razón ya expuesta, y de los seis lugares últimamente aducidos, pruébase en séptimo lugar porque la potestad se otorga sólo para que se ejerza, como enseña Soto (1) y consta por varias leyes (2); pero nuestro Señor Jesucristo no ejerció jurisdicción secular alguna, luego, etc. Que no ejerciera jurisdicción alguna lo demuestra Soto *ubi supra*, artículo 1.°. En octavo lugar prueba lo mismo lo que se lee en el Salmo 2.°: «Yo, dice, he sido por él constituído Rey sobre Sión, su santo monte (esto es, como interpreta Soto en el citado artículo 1.°) sobre la Iglesia, para predicar su ley». En noveno lugar se dice en San Mateo, capítulo 28: «Se me ha dado, dice, todo poder en el cielo y en la tierra; id, pues, y enseñad a todas las gentes», etc. Aquella potestad, pues, la interpreta y la restringe a la sola potestad de enseñar y predicar. Décimo, según el testimonio de Isaías en el capítulo 9.° dijo, que su reino había de perseverar para siempre; luego no tenía un reino perecedero y temporal, como los restantes príncipes de la tierra. Undécimo, refiérese a lo mismo lo que se lee en los salmos: «Reino de todos los siglos», luego no es un reino perecedero. Existen además otras pruebas que sabiamente propone Soto (3) y Guerrero (4). Así, pues, el Sumo Pontífice, como Vicario de Nuestro Señor Jesucristo (pues de ninguna otra fuente pudo dimanarle derecho alguno), no puede tener aquella jurisdicción temporal que Nuestro Señor no tomó para sí; como expresamente lo atestigua Domingo Soto (5), y como se

(1) En el libro 3.° *de iust. et iure*, cuest. 4.ª, art. 2.°.

(2) En la ley *non cogendum*, §. *Sabinus* del Digesto, tít. *de procur.*; en la ley *haec stipulatio*, §. *divus*, Digesto, tít. *ut legatorum nom. cau.*

(3) Libro 4.° *de justitia et iure*, cuest. 4.ª, art. 1.°, como también acerca del cap. 1.° y 20 de San Mateo.

(4) En su obra «Espejo de príncipes».

(5) En el citado art. 1.°, cuest. 4.ª, *de iust. et iure*, libro 4.°.

princ. Summus ergo pontifex ut Christi domini nostri vicarius (nullum enim ius aliunde habere potuit) eam temporalem iurisdictionem, quam Dominus noster non assumpsit, non potest habere, id quod ita testatur Dominicus d. ar. i. & colligitur xii. loco ex c. solitae de maior. & obed. & c. duo sunt xcvi. distinct. ubi summus pontifex, qui se imperatore maiorem dicit, quia praeest spiritualibus, non tamen negat quin in temporalibus praecellat imperator, praesunt ergo diversis, sed Papa maioribus.

Hactenus de simplicibus, hoc est de mere spiritualibus & mere temporalibus. caeterum Papa habet etiam iurisdictionem in temporalibus quatenus necessaria sunt ad spiritualium expeditionem l. ii ff. de iurisd. omn. iud. c. cum quid, de reg. iur. lib vi. sunt enim haec spiritualis iurisdictionis appenditia l. si quis ita haeres institutus ff. de acq. haer. ibi sunt enim appendices praecedentis institutionis, id quod admittunt communiter utriusque partis fautores & fusius reliquis Dominicus Sotus & Alfonsus Guerrerius ubi supra. itaque Iesus Christus dominus noster non dubium est (secundum eos) quin ut Deus esset dominus tam in temporalibus quam in spiritualibus terrarum, marium & coelorum, sed ut homo noluit assumere in terris principatum in temporalibus, sed tantum in spiritualibus, & consequenter in iis, quae ad spiritualium expeditionem & conservationem seu augmentum necessaria erant sicq; vicario suo Papae temporalia non reliquit, sed tantum spiritualia & quae ad eorum expeditionem
3. de temporalibus necessaria essent. Ex quibus omnibus colligitur quod † neque Christus, neque Papa, neq; Imperator totius mundi dominus est aut fuit in temporalibus de iure. Solus Adam primus pater totius orbis dominus fuisse videtur quod tamen dic ut per Sotum d. l. lib. iiii. q. iii. artic. i.

colige en duodécimo lugar del capítulo *solitae, de maior. et obed.* y del capítulo *duo sunt*, distinción 96, en donde el Sumo Pontífice que se declara superior al Emperador, por estar al frente de las cosas espirituales, no niega, sin embargo, que en el orden temporal, sea superior el Emperador; ambos son cabeza de órdenes distintos, pero el Papa de un orden más elevado.

Hasta aquí hemos tratado de ambas jurisdicciones completamente separadas, es decir, o del orden puramente espiritual, o puramente temporal. Por lo demás, el Papa tiene también jurisdicción sobre las cosas temporales, en cuanto éstas sean necesarias para el fácil desempeño de las espirituales (1) pues son como complemento de la jurisdicción espiritual (2); lo que comúnmente admiten los defensores de ambas opuestas opiniones, y con más extensión que los demás Domingo Soto y Alfonso Guerrero *ubi supra*. Así, pues, (según dichos autores) no hay la menor duda de que nuestro Señor Jesucristo, en cuanto Dios, fuera señor de tierras, mares y cielo, tanto en lo temporal, como en lo espiritual, pero en cuanto hombre no quiso asumir en la tierra el señorío de las cosas temporales, sino sólo de las espirituales, y como consecuencia, de aquellas cosas que fueran necesarias para el desempeño, conservación o aumento de las cosas espirituales; y por consiguiente no confió a su vicario el Papa las cosas temporales, sino sólo las espirituales, y de entre las temporales las que fueran necesarias para el fácil desempeño de aquéllas. De todo lo expuesto se 3.
colige que ni Jesucristo, ni el Papa, ni el Emperador, son, o han sido de derecho, señores de todo el mundo en lo temporal. Solamente nuestro primer padre Adán parece haber tenido el señorío de todo el orbe; lo que sin embargo has de afirmar en el sentido en que lo hace Soto en el citado libro 4.°, artículo 1.° (3).

Conclusión 55.ª De lo anterior abiertamente se deduce, 4.
no ser verdadera la opinión de aquellos que defienden, que el

(1) Como se desprende de la ley 2.ª en el tít. *de iurisdict. omnium iudicum* y del cap. *cum quid, de regulis iuris*, libro 6.°.

(2) Así se colige también de la ley *si quis ita haeres institutus* del Digesto en el título *de acquis. haereditatis* donde se dice: «pues son dependientes de la anterior institución».

(3) *De iustit. et iure.*

Quinquagesimo quinto ex his plane deducitur, veram non
4. esse opinionem eorum, qui contendunt Imperatorem † dominum esse rerum singularium etiam in omnibus & quibuslibet mundi partibus existentium, quam op. tenuerunt Hosti. tit. de praescrip. §. quae autem, quam opi. recte improbat Sotus d. arti. i, & ex nostra principali sententia excluditur, nam si omnis potestas, regnum, imperium, principatus est ad meram civium utilitatem, non ad regentium commodum instituta, quis tam insaniat ut non videat noxium esse civibus omnia esse principis sui?

Quinquagesimo sexto colligitur etiam verum non esse,
5. quod quidam contendunt, omnes † reges subesse de iure Imperatori Romanorum quamvis de facto nonnulli eorum eum non recognoscant quales sunt reges Hispaniarum & Franciae & similes, ita Bal. in c. i. in prin. col. ii. de pace iur. fir. in feud. quem sequitur Marcus Mantua locorum communium lib. i. c. xii. Bar. in. l. hostes nu. 7. ff. de capti. nos autem firmanus quod etiam de iure eum non recognoscunt in superiorem, quandoquidem non solum omnes reges, sed etiam omnes homines sunt per aeque liberi & ab eius imperio aut separati, praeter eos, qui probabuntur esse incolae exempti suarum civitatum, oppidorum, & regionum. d. l. quod attinet. ff. de reg. iur. cum aliis supra relatis & quia contrarium noxium esset humano generi.

6. Quinquagesimo septimo colligitur † etiam respectu civitatum, quae ut liberae se gerunt, eum non esse dominum etiam quo ad protectionem quamvis contrarium teneat Isernia in prima const. Neap. col. iii. Cynus Bar. Bal. Sali. in d. l. cunctos populos. C. de summa tri. Marc. Mantua ubi supra Pet. Anchar. consi. 87. omisso col. i. Alex. cons. lxxvi.

Emperador es señor de cada una de las cosas particulares existentes en todo el mundo y en cualquiera parte de él; opinión que patrocinó el Hostiense (1), pero que con toda razón condena Soto (2), y rechaza nuestra proposición principal; porque si toda potestad, todo poder de reyes, emperadores o príncipes ha sido instituido para exclusiva utilidad de los ciudadanos, y no para provecho de los gobernantes, ¿quién será tan loco, que no comprenda ser perjudicial a los ciudadanos, el que todas las cosas sean propiedad de su príncipe?

Conclusión 56.ª Dedúcese también, no ser verdad, lo que 5.
ciertos autores defienden, a saber, que de derecho todos los reyes son súbditos del Emperador Romano, aunque de hecho algunos de estos reyes no le reconozcan, como sucede con los reyes de España y de Francia, y con otros semejantes. Así lo defiende Baldo (3), cuya doctrina sigue Marcos de Mantua (4), y Bartolo (5); pero nosotros sostenemos, que ni aun de derecho le reconocen como superior, puesto que no solamente todos los reyes, sino también todos los hombres son igualmente libres, y están exceptuados y libres de su dominación, fuera de aquellos individuos de quienes se pruebe ser moradores de las ciudades, pueblos o regiones que le pertenezcan, como se desprende de la ley *quod attinet* (6), y de otras arriba aducidas, y porque lo contrario sería perjudicial al humano linaje.

Conclusión 57.ª Se deduce también con respecto a las 6.
ciudades que se gobiernan como libres, que el Emperador no es señor de ellas, ni aun en cuanto a protección, aunque defiendan lo contrario Isernia (7), Cino, Bartolo, Baldo y Sali (8), Marcos de Mantua (9), Pedro Ancarano (10), Alejandro (11). Y así defiendo, que atendido el derecho de protec-

(1) En el tít. *de praescriptione*, §. *quae autem*.
(2) En el citado art. 1.º de la cuest. 3.ª, libro 4.º *de iust. et iure*.
(3) Sobre el cap. 1.º, al principio, col. 2.ª, *de pace iur. fir.* en los Feudos.
(4) En el libro 1.º *locorum communium*.
(5) Sobre la ley *hostes*, núm. 7 del Digesto, tít. *de capti*.
(6) Digesto, tít. *de regulis iuris*.
(7) En la 1.ª Constit. Napolitana, col. 3.ª.
(8) Estos cuatro autores comentando la ley *cunctos populos* del Código, tít. *de Summa Trinit.*
(9) *Ubi supra*.
(10) *Consil.* 87 que empieza *omisso*, col. 1.ª.
(11) *Consil.* 76, col. 3.ª, lib. 2.º.

col. iii. lib. ii. Et ita intelligo dominum non esse quo ad protectionem civitatum Venetiarum aut Genuae aut similium non magis quam rex Ungariae aut Portugalliae. Et quia contrarium esset noxium humano generi.

7. Quinquagesimo octavo defluit † etiam non esse ei liberum magistratus dare aut removere in omnibus orbis civitatibus & oppidis etiam de iure (nam de facto non est dubium) licet contrarium teneat Bal. consi. 328. Quaeritur lib. i. Marc. Mantua ubi supra. Signorol. in. l. princeps. ff. de legib. col. i. Riminal. in rub. ff. de iuri. om. iud. col. ii.

Quinquagesimo nono apparet etiam veram non esse sententiam eiusdem Marci Mantuae ubi supra contendentis
8. † quaslibet civitates non recognoscentes Imperatorem non posse hodie de iure regem sibi eligere, quasi imperator de iure sit dominus totius mundi, quod a vero remotum esse edocti sumus, verius ergo est regem sibi eligere fas esse ut tenuit Corsetus de potesta. & excel. regis q. ii. in prin. Et quia id expedit humano generi ut Specul. princip. suadet.

Apparet similiter errasse in. l. i. col. i. C. de summa trini. & fide cath. Cardin. in clem. pastoralis. §. illud de re iudi. & Marcum Mantuam ubi supra dum aiunt, quod Deus de coelo constituit imperium, quod intelligunt immediate & ut causa particularis, nam ut causa universalis non dubium est quin omnia etiam minima constituerit, & intelligendo ut causa particularis & immediate non est vera opinio, cum a populi consensu & electione civium immediate & particulariter omne imperium iustum & legitimum processerit ut supra ostendimus in nostra principali sententia, quod & recte tenuit Dom. Sotus de iust. & iure. lib. iiii. q. 4. art. i. quod tamen continuo sibi ipsi contrarius videtur, dum subiicit haec verba.

ción, no es con mayor razón señor de las ciudades de Venecia, Génova o de otras semejantes, que lo es el rey de Hungría o de Portugal. Y además porque lo contrario sería nocivo al linaje humano.

Conclusión 58.ª Colígese también no estar en la mano del Emperador el nombrar o remover los magistrados en todas las ciudades y plazas fuertes de todo el orbe, ni aun de derecho (porque de hecho no existe la menor duda), aunque lo contrario afirmen Baldo (1), Marcos de Mantua (2), Signorolo (3) y Riminaldo (4). 7.

Conclusión 59.ª Vése también no ser verdadero el parecer del mismo Marcos de Mantua (5), al defender que toda nación que no reconozca al Emperador, no puede de derecho, en el día de hoy, elegir rey que la gobierne, como si de derecho el Emperador fuera señor de todo el mundo, lo que conocemos ya, distar mucho de la verdad. Es, pues, más conforme a ésta, serles lícito elegir su rey como lo defendió Corseto (6), doctrina que es también más útil al humano linaje, según lo defiende el «Espejo de príncipes». 8.

Es manifiesto haber igualmente incurrido en error el Cardenal (7) y Marcos de Mantua (8), al asentar que Dios desde el cielo instituyó la suprema autoridad, lo que ellos entienden, como causa inmediata y particular, porque como causa universal, no hay duda alguna de que haya dispuesto todas las cosas, aun las más pequeñas; pero si se entiende como causa particular e inmediata, no es opinión verdadera, ya que todo poder justo y legítimo ha dimanado inmediata y particularmente del consentimiento del pueblo, y elección de los ciudadanos, según hemos demostrado anteriormente en nuestra proposición principal; lo mismo que acertadamente defendió Domingo Soto en su tratado de *iustitia et iure*, libro 4.º, cuest. 4.ª, art. 1.º, quien sin embargo a continua-

(1) Dictamen 328 que empieza *quaerit*, lib. 1.º.
(2) *Ubi supra*.
(3) Acerca de la ley *princeps* del Dig., tít. *de legibus*, col. 1.ª.
(4) En la rúbrica del Digesto, tít. *de iurisdic. omnium iud.*, col. 2.ª.
(5) *Ubi supra*.
(6) En el «Tratado sobre el poder y excelencia del rey», cuest. 2.ª al principio.
(7) En la Clementina *pastoralis*, §. *illud de re iudi.* sobre la ley 1.ª, col. 1.ª del Cód., tít. *de Summa Trinitate et fide catholica*.
(8) *Ubi supra*.

Potestatem autem civilem Deus per legem naturalem, quae suae sempiternae participatio est, ordinavit, hoc autem sic patet. Deus per naturam dedit rebus singulis facultatem se conservandi, suisq; resistendi contrariis, non modo quantum ad incolumitatem temporalis salutis verum & per eius gratiam quantum ad prosperitatem spiritualis. hanc autem homines facultatem cum exequi commode dispersi nequirent, adiecit eis instinctum gregatim vivendi. ut adunati alii aliis sufficerent: congregata vero respublica neutiquam se poterat gubernare, hostesq; propulsare, male factorumq; audaciam cohibere, nisi magistratus deligeret, quibus suam tribueret facultatem. Nam alias tota congregatio sine ordine & capite, neque unum corpus repraesentaret, neq; ea providere posset, quae expedirent; ergo eadem ratione docte divinitusq; instructae respublicae, aliae annales consules, aliae alias publicarum administrationum formas sibi instituerunt, atque eodem iure quaelibet potuit ac debuit, ubi expediri cognosset, totam suam potestatem & imperium in unum regem, qui secundum Aristotelem optimus genere suo est principatus transferre: ut lege saepe citata, quod principi placuit, sancitur: penesquem summa esset rerum.

Ecce quemadmodum publica, civilis potestas, ordinatio Dei est, non quod respublica non creaverit principes, sed quod id fecerit divinitus erudita unde illud sapientis. xiiii. Tua pater providentia ab initio cuncta gubernat, per leges naturales intelligendum est, tam per illas, quas rebus irrationalibus ingenuit: ut mari & ventis quam per illas, quas indidit hominibus & ideo Pau. ad Rom. xiii. authoritatem
9. † principum non in rempublicam tantum, sed in Deum ipsum refert, omnis (inquit) anima potestatibus sublimioribus subdita sit. Non est enim potestas nisi a Deo: quae autem sunt

ción parece contradecirse a sí mismo, al añadir las siguientes palabras: Mas Dios por medio de la ley natural, que es participación de su ley eterna, creó la potestad civil; lo que aparece manifiesto del siguiente modo: Dios, por medio de la naturaleza, dió a cada uno de los seres la facultad de conservarse y de resistir a sus contrarios, no sólo en lo que se refiere a la incolumidad de su bienestar temporal, sino también, por medio de su gracia, en cuanto a la prosperidad de la vida espiritual. Mas como los hombres, dispersos unos de otros, no podrían fácilmente, dar cumplimiento a esta facultad, depositó en ellos además el instinto de vivir en comunidad, para que unidos, mutuamente unos a otros se completasen; mas una vez formada la comunidad de ningún modo podría ésta gobernarse, rechazar a los enemigos y reprimir la audacia de los malhechores, sino eligiera magistrados a quienes trasfiriera su propio poder. Porque de otro modo toda la comunidad sin orden y sin cabeza, ni tomaría el aspecto de un solo cuerpo, ni podría dar aquellas providencias que fueran convenientes; así las repúblicas enseñadas por la razón misma e instruídas por divina inspiración, unas instituyeron para regirse cónsules anuales, otras diversas formas de pública administración; y con el mismo derecho pudo y debió cualquier república, si conoció serle conveniente, trasferir todo su poder y autoridad a un solo rey, que según Aristóteles es, en sí considerado, el mejor régimen; de suerte que, según la ley tantas veces citada, lo que fuera voluntad del príncipe, quedara sancionado, y en sus manos estuviera la suprema dirección de los negocios.

He aquí de qué modo la potestad pública civil, es ordenación de Dios, no porque no haya sido la república la que ha instituído sus príncipes, sino porque lo ha hecho aleccionada por divino influjo. Por consiguiente aquel dicho del Sabio en el cap. 14: «Oh Padre, tu providencia gobierna desde el principio todas las cosas», se ha de entender por medio de las leyes naturales, tanto por las que infundió en la naturaleza de las cosas irracionales, del mar, por ejemplo, o de los vientos, cuanto por aquellas que grabó en la humana naturaleza; por eso San Pablo en su carta a los Romanos (1), no refiere a la república solamente la autoridad de los prínci-

(1) En el cap. 13.

a Deo, ordinata sunt: itaq; qui potestati resistit, Dei ordinationi resistit. & ad Titum. iii. Admone illos, principibus & potestatibus subditos esse, dicto obedientes. neq; vero potestates tantum Christianorum principum, verum & quae sunt penes infideles, a Domino Deo sunt: quia fides naturam non destruxit, sed perfecit. & per illas potestates gubernare possunt plebes in his, quae sunt naturalis iuris sic enim Danie. ii. legitur Deum coeli regnum & imperium tradidisse Nabuchodonosor. sic & Christus ait ad Pilatum, Non haberes potestatem adversum me ullam, nisi tibi datum esset desuper. Ergo a Deo sunt non solum potestates maximae, quales sunt regum & imperatorum, sed etiam minores quales sunt illi iudices, qui a regibus & imperatoribus & similibus subdelegantur & substituuntur id quod in specie notat Alfonsus Guerrerius in Specu, prin. c. xvi. nu. 6. per exemplum Pilati supra relati ad idem proverbiorum c. viii. dum ait, Per me reges regnant & conditores legum iusta decernunt. Nam dum meminit de regibus, intelligitur (ut notum est) de magnis potestatibus; dum loquitur de legum conditoribus etiam de minoribus potestatibus intelligi potest, quandoquidem etiam oppidula, quia principibus subsunt & possunt & solent statuta municipalia sibi condere ut in l. omnes populi per illum tex. declarant Bar. & comuniter Doct. & omnes Doctores per tex. ibi praesertim Alex. Corneus Ias. & Decius. C. de testam. in l. fi.

10. Quinimo † non solum mali sed etiam pessimi iudices a domino Deo dicuntur habere potestatem ut per Guerrerium & Dominicum Sotum ubi supra utq; constat ex Dei verbo, nuper relato, ibi, Non haberes potestatem adversum me ullam, nisi datum esset tibi desuper, & tamen iudicum omnium

pes, sino al mismo Dios: «Toda persona esté sujeta a las potestades superiores; porque no hay potestad que no provenga de Dios; y cuanto de Dios procede está dispuesto con orden; así, pues, quien resiste a alguna potestad, resiste a la disposición de Dios». Y a Tito en el cap. 3.° le dice: Amonéstales que estén sumisos a los príncipes y potestades, obedeciendo sus mandatos; porque no sólo procede de Dios la potestad de los príncipes cristianos, sino también la que reside en los infieles: porque la fe no ha destruído la naturaleza, sino que la ha perfeccionado, y por medio de tales potestades pueden gobernarse las multitudes en aquellas cosas que son de derecho natural. Así se lee en el cap. 2.° de Daniel que el Dios del cielo entregó el reino y el imperio a Nabucodonosor; así también Cristo dijo a Pilatos: «No tendrías contra mí potestad alguna, sino se te hubiera concedido de lo alto». Luego de Dios proceden no solamente las supremas potestades, como son las de los reyes y emperadores, sino también las inferiores, como son las de aquellos jueces en quienes subdelegan, y a quienes colocan en su lugar los reyes, emperadores, u otros semejantes, lo que especialmente señala Alfonso Guerrero (1), por medio del ejemplo de Pilatos arriba aducido. A lo mismo se refiere el capítulo 8.° de los Proverbios, cuando dice: «Por mí reinan los reyes y los legisladores decretan leyes justas». Porque en la denominación de reyes, se han de entender (como es manifiesto) las supremas potestades, y cuando habla de los legisladores pueden también entenderse las potestades inferiores, puesto que aun los pueblos insignificantes, como dependientes de los príncipes, pueden y suelen formar sus estatutos municipales, como lo declaran Bartolo y comúnmente los doctores, sobre el texto de la ley *omnes populi*, así como todos los doctores y en especial Alejandro, Corneo, Jasón y Decio sobre el texto de la ley final del Código tít. *de testam.*

Más aun, no sólo los jueces malos, sino aun los más 10.
perversos, se dice tener la potestad recibida de Dios, Señor Supremo, como consta por Guerrero y por Domingo Soto en el lugar arriba citado, y como aparece también por la palabra de Dios poco há aducida, donde se dice: «No tendrías potestad alguna contra mí, si de lo alto no se te hubiera

(1) «Espejo de príncipes», cap. 16, núm. 6.

pessimum & iniquissimum fuisse constat Pilatum. Ad idem proverb. 28. ibi propter peccata terrae multi principes eius, & Iob. xxxiiii. Qui regnare fecit hominem hypocritam propter peccata populi.

11. Rursus † iidem isti iniqui principes aut iudices dicuntur regnare & non per Deum aut per Dei ordinationem ut per Oseam c. iiii. dum ait, Regnaverunt & non ex me principes extiterunt & non cognovi, de quibus Esaias c. x. ait, Vae qui condunt leges iniquas, & Eze. c. xxxiiii. principes eius in medio eius quasi lupi rapaces positi ad effundendum sanguinem, & alibi dicitur per prophetam: Vae pastoribus Israel, qui pascebant semetipsos. ita Guerre. ubi supra c. liiii.

12. Cum ergo † mali principes & iudices dicantur a Deo domino habere potestatem, rursusq; iidem a domino Deo negetur habere potestatem, concordia est (ex mente Dominici Soti ubi supra ad finem) ut mali a domino Deo permissore dicantur habere potestatem non autem domino Deo iussore aut iubente. vel rectius omnes iudices & principes intelliguntur esse a Deo tanquam causa universalis, quae concurrit in omnibus & cum omnibus tam rebus quam actionibus humanis. sicq; ut sunt privatorum hominum multi latrones, homicidae, parricidae, haeretici, proditores, adulteri, falsarii, & similes, ita iudicum & principum non pauci sunt eiusdem modi, utriq; autem sunt a domino Deo ab eius ve ordinatione divina tanquam causa universali in omnibus & cum omnibus
13. humanis concurrente non solum † universaliter, sed etiam singulariter & particulariter, Unde Cicero. i. de divin. scripsit: Deorum providentia mundus administratur iidemq; consulunt rebus humanis, neq; solum universis verum etiam singulis. idem Cicero sit hoc a principio persuasum hominibus, dominos esse omnium rerum, ac moderatores deos, eaq; quae gerantur eorum geri ditione, atq; numine, eosq; optime de genere hominum mereri: & qualis quisq; sit quid

concedido», y sin embargo es cosa sabida, haber sido Pilatos el peor y más injusto de todos los jueces. A lo mismo se refiere el capítulo 28 de los Proverbios donde se dice: «Por los pecados de la tierra hay en ella numerosos príncipes». Y en el capítulo 34 de Job se dice también: «Quien por los pecados del pueblo hizo que reinara un hombre hipócrita».

11. Por otra parte esos mismos príncipes o jueces perversos se dice reinar, mas no por Dios o por la disposición de Dios, como consta por Oseas en el capítulo 4.° al decir: «Reinaron y existieron príncipes que no procedían de mí, y no los conocí»; de quienes dice Isaías en el capítulo 10: «Ay de los que crean injustas leyes», y Ezequiel en el capítulo 134: «Sus príncipes puestos en medio de él, como lobos rapaces para derramar sangre»; y en otra parte se dice por un Profeta: ¡Ay de los pastores de Israel que se apacentaban a sí mismos! Así Guerrero *ubi supra*, capítulo 54.

12. Como, pues, los príncipes y jueces perversos se diga tener la potestad recibida de Dios, Supremo Señor, y por otra parte se niegue que estos mismos reciban del Sumo Dios la potestad, pueden armonizarse estas dos afirmaciones (según el sentir de Domingo Soto en el lugar citado, hacia el fin) diciendo, que los malos reciben el poder de Dios, Supremo Señor, en cuanto éste lo permite, pero no del Señor, en cuanto éste lo ordena y dispone; o más conforme a verdad, que todos los jueces y príncipes se consideran proceder de Dios como causa universal, que concurre en todo y con todos, tanto con las cosas, cuanto con las acciones humanas; y así como existen entre los particulares muchos ladrones, homicidas, parricidas, herejes, traidores, adúlteros, falsarios y otros semejantes, del mismo modo existen no pocos jueces y príncipes de este género; y unos y otros proceden del Supremo Señor o de su divina ordenación, como causa universal, que concurre en todas y con todas las cosas humanas, no sólo de un modo universal, sino también de un modo singular y particular. Por lo que Cicerón escribió lo siguiente (1):

13. «La providencia de los dioses gobierna el mundo; ellos mismos miran por el bien de las cosas humanas, no sólo por todas ellas consideradas generalmente, sino por cada

(1) *De divinatione*, lib. 1.°.

aget, quid in se admittat, qua mente, qua pietate colat religionem intueri, piorumq; & impiorum habere rationem. ii. de leg. ita ipse Cicero scriptum reliquit.
Et Manilius lib. 2. Astrono.

»Hic igitur Deus & ratio, quae, cuncta gubernat,

Claudianus lib. 1. in Ruffinum.

»Signa quidem, o soci, divos attollere contra
»Nec fas est, nec posse reor.

Lucanus lib. 9. bell. civil.

»Iupiter est qudcunq; vides, quodcunq; moveris.

Vergilius lib. 4. Georgic.

»Deum namq; ire per omnes
»Terrasq; tractusq; maris coelumq; profundum.
»Hic pecudes, armenta, viros, genus omne ferarum
»Quemq; sibi tenues nascentem arscere (1) *vitas.*

Boëtius Metro. 9. lib. 5.

»O qui perpetua mundum ratione gubernas.

Sillius Italicus lib. 6. bell. pun.

»Iustitiae, rectiq; dator, qui cuncta gubernas.

Statius lib. v. Theba.

»Cuncta haec superum demissa suprema
»Mente fluunt.

(1) *Arscere* es síncopa por *arcessere.* (T).

una en particular». Y en otro lugar dejó escrito el mismo Cicerón (1): «Ante todo deben los hombres persuadirse de ésto: de que los dioses son los dueños y gobernadores de todas las cosas, y que cuanto se lleva a cabo, se realiza con autoridad y consentimiento suyo; y que ellos son sobremanera beneméritos del género humano; ellos conocen íntimamente, cómo es cada uno, lo que realiza, los delitos de que se hace culpable, con qué espíritu, con qué piedad practica la religión, y tienen además cuenta de los hombres piadosos y de los impíos».

Y Manilio dice así (2):

«Pues bien, este Dios e inteligencia que todo lo rige».

Claudiano escribe por su parte (3):

«Oh compañeros, ni es lícito en verdad, ni creo que tengamos poder para levantar bandera contra los dioses».

Lucano en el libro 9 *de bell. civ.*:

«Cuanto ves y adondequiera que te dirijas todo es Dios».

Virgilio en el libro 4.° de las Geórgicas dice:

«Porque estando Dios difundido por toda la tierra, por la extensión de los mares y por el inmenso cielo, es necesario que de él hayan tomado al nacer algún aliento vital, todos los animales menores y mayores, los hombres y el linaje todo de las fieras».

Y Boecio en el metro 9, lib. 5.°:

«Oh tú, cuya inteligencia gobierna perpetuamente el mundo».

Y Silio Itálico (4):

«Oh dador de la justicia y rectitud que gobiernas todas las cosas».

Estacio en el lib. 5 de la Tebaida:

«Todas estas cosas emanan de la suprema inteligencia de los dioses».

Horacio escribe también (5):

«El cual rige los sucesos humanos y celestiales, el mar y la tierra, y el mundo con la variedad de las estaciones».

(1) En el lib. 2.° *de Legibus*.
(2) Libro 2.° *Astronom*.
(3) Libro 1.° contra Rufino.
(4) En el lib. 6 *bell. punic*.
(5) Libro 1.°, Oda 12.ª.

Horatius Ode. 12. lib. 1.

»*Qui res hominum ac deorum,*
»*Qui mare & terras, variisq; mundum*
»*Temperat horis.*

Vergilius Egloga. 5.

»*Nec curare deum credis mortalia quenquam?*

Horatius Ode. 4. lib. 3.

»*Qui terram inertem, qui mare temperat*
»*Ventosum, & urbes, regnaq; tristia*
»*Divosq; mortalesq; turbas*
»*Imperio regit unus aequo.*

Titius Calpurnius egloga. 4.

»*Deus ipse canatur,*
»*Qui populos, urbesq; regit, pacemq; togatam.*

Boëtius Metro. 5. lib. 1.

»*Omnia, certo fine gubernas.*

Vides igitur omnes omnino tam Philosophorum quam Poëtarum turbas in eo convenire, ut per Deum optimum maximum fiat providentia in rebus humanis non solum universis, verum etiam singulis.

Cum ergo Dei providentia omnia regantur, & non solum universa sed etiam singula, ut est communis & vera opinio tam sanctorum quam omnium fere Philosophorum ut tradit Salvius Alexandrinus lib. i. ii. &. iii. de provid. Dei cum libris seq. cur Deus permissit, ut essent principes, aut iudices mali? respondeo, forte ad punitionem iustam populi ut

Y Virgilio en la Égloga 5.ª:

«¿Crees acaso que ningún dios se preocupa de las cosas humanas?».

Horacio dice de nuevo en otro lugar (1):

«Él gobierna la estéril tierra, el borrascoso mar, ciudades y los reinos de las sombras; él solo rige con justo mando a los dioses y a las multitudes humanas».

Tito Calpurnio dice en la Égloga 4.ª:

«Celebremos al mismo Dios que rige pueblos y ciudades y la paz civil».

Finalmente Boecio escribe en el metro 5, lib. 1.º:

«Tú riges todas las cosas encaminándolas a fin ya prefijado».

Ves, pues, como en absoluto toda la multitud tanto de filósofos, como de poetas convienen en ésto, en que el Sumo y Excelso Creador hace sentir su providencia en las cosas humanas, no sólo en todo el conjunto, sino en cada una de ellas.

Como, pues, la divina providencia gobierne todas las cosas, no sólo todo el conjunto, sino cada una en particular, según común y verdadera opinión tanto de los santos, cuanto de casi todos los filósofos, como lo enseña expresamente Salvio Alejandrino (2), ¿por qué permitió Dios que existieran príncipes y jueces perversos? Respondo: tal vez para justo castigo del pueblo, como se afirma en el libro de Job, cap. 34: «Quien por los pecados del pueblo hace reinar a reyes hipócritas». ¿Por qué, pues, permite el que existan ciudadanos particulares malos (como ladrones, homicidas, salteadores, falsarios)? Respondo: tal vez casi por el mismo motivo, para que el pueblo sea también castigado por medio de las inquietudes y perjuicios que éstos ocasionan. ¿Por qué, pues, ya que todo le es posible, no hizo que el pueblo procediese tan rectamente, que no hubiera necesidad ni de príncipes, ni de jueces, ni del castigo de los particulares, y que ni siquiera se hicieran merecedores de él? Respondo: porque nada contribuye tanto para la hermosura de este mundo, cuanto la variedad; por lo que dice un poeta:

Per tal variar natura è bella (3).

(1) Libro 4.º, Oda 3.ª.

(2) En el «Tratado sobre la Providencia de Dios», lib. 1.º, 2.º, 3.º y siguientes.

(3) [Por tal variedad es bella la naturaleza] (T.).

Iob. 34. Qui regnare facit regem hypocritam propter peccata
14. populi. Cur ergo permittit, ut cives privati sint mali (puta fures, homicidae latrones, falsarii) respondeo, forte propter eandem fere rationem ut per istorum molestias & damna populus similiter puniatur. Cur ergo cum posset omnia non effecit, ut & populus ita bonus esset, quod non egeret principum, aut iudicum, aut privatorum hominum punitione nec eam mereretur. Respondeo, ad pulchritudinem huius mundi nihil tam necessarium quam varietas, unde Poeta ait.

»*Per tal variar natura e bella.*

Sicq; Cicero. iii. de oratore ait ad aures nostras & sermonis suavitatem nihil est vicisitudine, & varietate, & commutatione aptius. Et rursus idem Cicero lib. v. Epist. famil. ait: Nihil est aptius ad delectationem lectoris quam temporum varietates fortunaeq; vicisitudines, quae & si nobis optabiles in experiundo non fuerunt in legendo tamen erunt iucundae. Ut autem haec varietas tam ad pulchritudinem huius operis mundi necessaria contingeret, oportebat aut aptum erat & conducibile, ut homines variis rebus singuli dediti essent, puta, quidam dediti ad venandum, quidam ad rem piscatoriam, quidam ad fabrilem, quidam ad agriculturam, quidam ad pascenda pecora, quidam ad regenda armenta boum, equorum & omnium quadrupedum, quidam ad respublicas gubernandas, quidam ad navigationem, & caetera id genus; ut autem isthaec diversitas ingeniorum humano generi inesset prospexit summus ille parens ac opifex Deus ut in coelis essent duodecim signa varias influentias ex se gignentia, & similiter reliqua coeli sydera fere quotidie variantia. Unde de duodecim signis coelestibus Vergilius sic scriptum reliquit.

15. »*Primus adest aries, taurus insignibus auro*
»*Cornibus, & fratres, & cancer aquatile signum*
»*Tum leo terribilis nemees, atq; innuba virgo*

Del mismo modo Cicerón en el lib. 5.° *de Oratore* dice: 14.
«Nada hay más agradable a nuestros oídos y a la suavidad de la conversación, como la diversidad, la variedad y cambios en ella». Y de nuevo se expresa así en otro lugar (1): «Nada contribuye tanto al deleite del lector como las vicisitudes de los tiempos y los cambios de fortuna, los que si bien no los hubiéramos deseado para experimentarlos en nosotros, con todo en la lectura nos serán agradables».

Mas para que tuviera lugar esta variedad tan necesaria para la hermosura de esta obra del mundo, convenía, o era útil y a propósito, que cada hombre estuviera consagrado a diversas ocupaciones; unos, por ejemplo, dedicados a la caza, otros a la pesca, otros a diversos oficios, otros a la agricultura, otros a apacentar ganado menor, otros a conducir rebaños de bueyes, caballos y de toda clase de cuadrúpedos, otros al gobierno de la república, otros, por fin, a la navegación, y a otras cosas parecidas. Mas para que el humano linaje estuviese dotado de esa variedad de índoles, proveyó aquel Sumo Artífice y Padre Dios, el que existieran en el cielo doce constelaciones, que de sí emitan diversas influencias, así como los restantes astros del firmamento, sujetos casi a diarias variaciones. Por lo que Virgilio dejó escrito lo siguiente, acerca de las doce constelaciones celestes:

«Aparece en primer lugar Aries y Tauro, notable por sus 15.
dorados cuernos; siguen Géminis y Cáncer constelación copiosa en lluvias; a continuación el terrible León de Nemea y la casta Virgo; a quien sigue Libra y el Escorpión de larga cola, y Centauro armado de arco y amenazando disparar su flecha; después Capricornio seguido inmediatamente del lluvioso Acuario y de Piscis de brillantes destellos».

Manilio dice en el libro 2.° *Astronom.:*

«*Aries* el primero de los signos, brillante por su dorado vellón, admirado contempla adelantarse por opuesto lugar al *Toro* que baja su cabeza y su mirada parece llamar a *Géminis;* a éstos sigue *Cáncer*, a Cáncer el *León*, a quien sigue *Virgo*. *Libra* (la balanza) después de igualar las horas del día y de la noche, lleva tras sí al refulgente *Escorpión* de ardiente brillo; contra cuya cola dirige el tendido arco *Sagi-*

(1) En el libro 5.° de sus «Cartas familiares».

»*Libra subit, caudaq; animal quod dirigit ictum*
»*Armatusq; arcu chiron, & corniger hircus*
»*Fusor aquae simul, & fulgenti lumine pisces.*

Et Manilius lib. 2. Astronom.

»*Aurato princeps Aries in vellere fulgens*
»*Respicit admirans adversum surgere taurum*
»*Submisso vultu geminos & fronte vocantem.*
»*Quos sequitur cancer, cancrum leo, virgo leonem*
»*Aequato tum libra die cum tempore noctis*
»*Adtrahit ardenti fulgentem scorpion astro*
»*In cuius caudam contentum dirigit arcum*
»*Mixtus equo, volucrem missurus iamque sagittam*
»*Tum venit augusto capricornus sydere flexus*
»*Post hunc inflexam diffundit aquarius urnam*
»*Piscibus assuetas avide subeuntibus undas.*
»*Quos aries tangit claudentibus ultima signa.*

16. Et similiter summus ille parens & opifex rerum mundi conditor Deus bruta quoque animantia non secus quam humanum genus variis donavit inclinationibus; unde Manilius lib. 2. Astronom.

17. »*Ad lunae motum variant animalia corpus.*

Ergo sidera coelestia habent potestatem influendi in animalia terrestria, volucria & aquatilia.

Manilius lib. 2. Astronom.

»*Deniq; sic pecudes, & muta animalia terris*
»*Cum maneant ignara sui, legisq; per aevum*
»*Natura tamen ad mundum revocante parentem*
»*Attollunt animos; coelumq; ad sydera servant*
»*Corporaq; ad lunae nascentis cornua lustrant*
»*Venturasq; vident hyemes, reditura serena.*

tario mezcla de hombre y de caballo y está pronto a descargar la veloz saeta. Viene después el sinuoso *Capricornio* reducido a pequeño espacio; después de éste *Acuario* vierte su inclinada urna, y *Piscis* que recibe con avidez las ondas en que vive, a los que sigue Aries cerrando el círculo de los signos zodiacales».

Del mismo modo aquel Supremo Principio y Artífice 16.
de las cosas y Creador del mundo Dios, concedió también a los brutos animales diversidad de inclinaciones, como lo había hecho con el linaje humano. Por lo que Manilio dice (1):

«Con las diversas fases de la Luna, cambia el cuerpo de 17.
los animales».

Así, pues, las constelaciones celestes tienen virtud para influir tanto en los animales de la tierra, como en los del aire, o del mar».

Manilio escribe también lo siguiente (2):

agitur ad declarandum aliquid. l. emptorem, in prin. & ibi glo. & Bar. ff. de acti. emp. Neque ad rem pertinet quod Bart. Ias. & reliqui in. d. l. stipulatio. §. habet. ff. de novi ope. nunc. aiunt, sententiam requiri qua declaretur debitorem principalem non esse solvendo, antequam contra fideiussorem agi possit, nam ipsi loquuntur post factam semel excussionem postquam relationem nuntii asserentis non reperiri bona debitoris principalis, ut sic ultra excussionem etiam sententia iudicis exigatur (qua declaretur debitorem principalem minus idoneum inventum fuisse) ut contra fideiussorem agi possit, qua ratione etiam in specie nostra recipi potest, ut licet sit notorium debitorem principalem non esse idoneum, adhuc tamen debeat ferri sententia declaratoria, qua pronuncietur illum minus idoneum esse compertum, notoriumque esse: & ita demum & non antea contra fideiussores agendi via aperietur, ut sic data paritate terminorum excussio & notorietas exaequentur, utrunque tamen exigat iudicis sententiam declaratoriam: sicque concilientur varietates nostrorum supra relatae.

Usibus vero forensibus forte obtinebit, ut ubi esset statu-
4. tum vel consuetudo, quod † omnia concivium aut municipum bona mobilia & immobilia acquisita & acquirenda, in aestimo communi describerentur: ibi notorium esse intelligeretur tot, tantas, talesque esse cuiusque facultates, quales quantaeque ibi descriptae reperirentur. Ita tenent Barto. Petrus Bexutius, Alexand. & Ias. numero trigesimotertio in. d. l. decem. ff. de verb. obligation. licet contrarium ibi tenuerint Bald. Angelus, Imola & Cumanus ut per Ias. ubi supra. cuius & Bartol. & sequacium opinione retenta, cum fere per totius Hispaniae oppida sit consuetudo, ut municipum bona in aestimo comuni describantur, onerum vectigalium

demás autores afirman al comentar la citada ley *stipulatio* (1) que se requiere sentencia por la que se declare no ser capaz de satisfacer las deudas el deudor principal, antes de que se pueda proceder contra el fiador. Porque ellos, hablan en el supuesto de una vez verificada la excusión, después de la relación del enviado que atestigua no encontrarse bienes del deudor principal; de suerte que de este modo además de la *excusión* sea precisa también la sentencia judicial por la que se declare que el deudor principal ha sido hallado incapaz de pagar, para que pueda procederse contra el fiador. Fundados en esta razón puede también admitirse en nuestra opinión, que aunque sea notorio que el deudor principal es incapaz, sin embargo debe con todo pronunciarse sentencia declaratoria por la que se falle haber sido hallado incapaz de pago y que ésto es notorio; y entonces por fin, y no antes, quedará expedito el camino contra los fiadores; para que de este modo, dada la igualdad de términos, se equiparen lo notorio y la *excusión* exigiendo sin embargo ambos sentencia judicial declaratoria, con lo que pueden armonizarse las diversas opiniones de nuestros autores, expuestas anteriormente.

4. Tal vez en los usos forenses prevalecerá el que en el lugar donde existiera estatuto o costumbre de que todos los bienes muebles e inmuebles, adquiridos y que se han de adquirir de conciudadanos o miembros del municipio, se hagan constar en registro común, que en dicho lugar se reputará notorio el que los recursos de cada uno son tantos, tan cuantiosos y de tal naturaleza, cuales y cuantos se hallaban consignados en tal registro; así lo defienden Bartolo, Pedro Bexurio, Alejandro y Jasón comentando la ley *decem* (2), si bien sobre la misma ley han defendido lo contrario Baldo, Angel, Imola y Cumano según el testimonio de Jasón en el lugar arriba citado; admitida, pues, esta opinión de Jasón, de Bartolo y de sus seguidores, existiendo en los pueblos de casi toda España la costumbre de hacer constar en común registro los bienes de los miembros del municipio, con el fin de satisfacer debidamente las cargas de tributos e impuestos que a nuestros Católicos Reyes les son debidos, desde

(1) §. *habet*, Digesto, tít. *de operis novi nunc.*
(2) Del Digesto, tít. *de verb. obligat.*, núm. 55.

functionumve persolvendarum causa, quae Catholicis regibus nostris debentur. iam illud aestimum ad excussionem qua de re agimus vitandam utile erit.

5. Isthaec procedunt, quando † fideiussor acceptus fuit in parem, vel minorem summam quam principalis debitor obligatus esset: nam si in maiorem summam acceptus esset, fideiussio inutilis esset, non solum quoad quantitatem excedentem, sed etiam quoad concurrentem, secundum glo. in. l. graece. §. illud. ff. de fideius. glo. in. §. fideiussor inst. de fideiuss. quas sequuntur docto. secundum Decium in. l. in eo quod plus, numero duodecimo. ff. de regu. iu. & est communis opinio. secundum Cagn. ibi. firmat esse communem opinionem Segura in. l. unum ex familia. §. sed si fundum. nume. cl. ff. de leg. secundo. post Barto. & alios in d. §. illud. per d. §. fideiussores. & per d. §. illud, dum ait si fuerint in duriorem causam adhibiti placuit eos omnimodo non teneri. & est communis opinio secundum Gregorium Lupum in l. vii. titu. xii. parte quinta verb. cuanto en lo de más. estque communis opinio. secundum Barto. & Imolam in d. §. illud, tenet glo. in. l. si pecuniae. C. de usu.

Contrariam partem ut saltem pro concurrente quantitate sit obligatus, tenent Decius ubi supra numero decimotertio, & Galiaula in. l. i. §. si stipulanti, per illum tex. columna penultima. ff. de verborum obligationib. & Alciatus parerg. libro quinto cap. xviii. per. l. hactenus in fi. ff. de consti. pec. ubi licet in constituto durior obligatio quam in principali

luego dicho registro será útil para evitar la *excusión* de los bienes de que tratamos.

Esta doctrina tiene cumplimiento cuando se admitió fiador por una cantidad igual o menor que aquella a la que estaba obligado el deudor principal; porque si se hubiera admitido a mayor cantidad, la fianza sería inútil, no solamente en cuanto a lo que excede, sino también en lo que iguala a la cantidad del deudor principal, según el sentir de la glosa en la ley *graece* (1) y en el §. *fideiussor* (2), que admiten los doctores al decir de Decio (3); siendo común esta opinión según Cagnolo (4); lo que confirma también Segura (5), siguiendo a Bartolo y a otros autores (6), al afirmar que si se hubieran comprometido bajo condiciones más onerosas, era su parecer que los dichos no estaban obligados de ningún modo; siendo opinión común según lo afirman Gregorio Lobo (7), Bartolo e Imola (8) y la glosa de la ley *pecuniae* (9). 5.

La contraria opinión, a saber, que por lo menos quede obligado en la parte que iguale a la cantidad a que está obligado el deudor principal, la defienden Decio (10), Galiaula (11) y Alciato sobre la ley *hactenus* (12); donde se dice que aunque en el *constituto* la obligación no pueda ser más dura que en el principal, sin embargo, si se obligare a cantidad más onerosa, será válido por lo menos en la parte equivalente a la deuda del principal. Pero a ésto se puede responder, que nada impide el que aun existiendo igual motivo en ambos casos, sin embargo se haya establecido diverso derecho, siendo como son estas cosas de mero derecho

(1) En el §. *illud*, Digesto, tít. *de fideius.*

(2) De la Instituta *de fideius.*

(3) En la ley *in eo quod plus*, núm. 12, Digesto, *de regulis iuris.*

(4) Sobre la misma ley.

(5) En la ley *unum ex familia*, §. *sed si fundum*, núm. 130, Digesto, tít. *de legatis*, lib. 2.°

(6) Sobre el citado §. *illud* y sobre el dicho §. *fideiussores.*

(7) Sobre la ley 7.ª, tít. 12, par. 5.ª, en las palabras «cuanto en lo demás», etc.

(8) En el citado §. *illud.*

(9) Del Código, tít. *de usu.*

(10) *Ubi supra*, núm. 13.

(11) Sobre el texto de la ley 1.ª, § *si stipulati*, Digesto, tít. *de verb. oblig.*, colum. penúltima.

(12) En *Parerg.*, lib. 5.°, cap. 18, al tratar sobre la ley *hactenus*, al final, Digesto, tít. *de constituta pecunia.*

esse nequeat, tamen si in duriorem causam fiat; valet saltem pro concurrente quantitate. Sed responderi potest nihil vetare, quin licet utrobiq; par ratio sit, tamen diversum ius sit statutum: cum isthaec sint iuris mere positivi, & alterutrum posset, ut patet ad sensum constitui absq; eo quod per hoc ius divinum, aut naturale ulla ex parte violarent: & mille iuris species passim reperies, in quibus licet par ratio sit, tamen diversum ius nuncupatim constitutum reperitur. ad. l. illud. ff. ad leg. Aqui. cum simil. dicentibus, ubi eadem vel par est ratio, ibi idem ius statui intelligendum esse respondendum est, procedere in re dubia, non sic quando expressim diversum ius constitutum reperitur: quale hic reperitur per. d. §. illud. cuius generalitas non est cur propter. d. l. hactenus, restringatur non magis quam generalitas. d. l. hactenus propter. d. §. illud. Adhuc tamen. contra d. communem opin. inclinat Gregorius Lupus ubi supra. & Bald. per tex. ibi in. l. si ultra. C. de fideius. & de iure regio pro hac parte contra communem opin. hodie est tex. in d. l. vii. tit. xii. par. v. pro qua parte etiam in terminis iuris communis, facit ultra supra allega. §. item is qui exequitur, iuncta sua glos. inst. mand. & l. diligenter, cum ibi not. ff. eod. ubi licet fines mandati sint diligenter observandi, adhuc tamen in maiore summa & minorem inesse intelligitur. Sicque si iussi, ut domus aureis centum mihi emeretur, licet pluris emi nequeat, minoris tamen potest. ut ibi. sic & in specie nostra, & si diligenter cavendum sit, ne durius quam principalis debitor fideiussor obligetur, tamen benignam interpretationem usque ad concurrentem quantitatem admittere debemus; ne fideiussio pereat. contra. l. quoties in stipulationibus. ff. de verbo. obliga. Nam & similiter benignam interpretationem quo magis fideiussio sustineatur, facimus in terminis.

positivo y pudiendo, según es manifiesto a la razón, disponerse una de las dos cosas, sin que por ésto se quebrante en lo más mínimo el derecho divino o natural; y hallarás a cada paso innumerables asuntos jurídicos en los cuales aunque exista igual razón, sin embargo consta haberse establecido en particular diverso derecho. Y a la ley *illud* del Digesto (1) y otras semejantes que afirman que en los casos en que exista la misma o igual razón, en esos debe considerarse hallarse establecido el mismo derecho, hemos de responder que ésto tiene cumplimiento en caso dudoso, pero no así cuando expresamente hallamos establecido diverso derecho, como lo hallamos en este caso por el citado §. *illud;* cuyo sentido general no hay razón de restringir a causa de la dicha ley *hactenus;* de igual modo que la generalidad de la ley *hactenus* tampoco se ha de restringir por el citado §. *illud*. Sin embargo, aun se inclina en contra de la dicha común opinión Gregorio Lobo (2) y Baldo (3), y en el derecho real existe hoy un texto (4) en favor de esta parte y en contra de la opinión común; apoyan también esta parte dentro del derecho común, además de lo aducido anteriormente, el §. *item is qui exequitur* (5), juntamente con su glosa y la ley *diligenter* (6), donde consta que si bien los fines del *mandato* se han de observar con diligencia, todavía, sin embargo, se considera que en una cantidad mayor va también incluída la menor. Por consiguiente, si ordené que me comprasen una casa en cien áureos, aunque no puede adquirirse en mayor cantidad, puede sin embargo comprarse en menor precio (7); del mismo modo en nuestro caso, aunque se ha de evitar con diligencia el que el fiador no contraiga obligación más pesada que el deudor principal, sin embargo debemos admitir una interpretación benigna hasta una cantidad equivalente, para que no sea nula la fianza (8).

---

(1) Tít. *ad legem Aquiliam*.
(2) *Ubi supra*.
(3) Comentando el texto de la ley *si ultra*, Código, *de fideiussoribus*.
(4) En la ley 7.ª, título 12, parte 5.ª
(5) De la Instituta *mandato*.
(6) Del Digesto del mismo título con lo anotado sobre ella.
(7) Como consta en dicho lugar.
(8) En contra de la ley *quoties in stipulationibus* del Digesto, tít. *de verborum obligatione*.

l. si ita fideiussorem. ff. de fideius. ubi pro reo speciem debente potest fideiussor obligari ad quantitatem eiusdem valoris, licet non e contra, quasi hoc casu licet non leve dubium esset, an fideiussor, qui ad quantitatem tanti valoris quanti erat species debita acceptus erat in duriorem causam accipi videretur: tamen benigna interpretatio fit quo magis fideiussio sustineatur, ut in duriorem causam acceptus non videatur. Et similiter cum reus ad factum tenetur fideiussor potest sese ad interesse obligari. l. stipulatus es opus. ff. de fideius. nec dubium est quin tale interesse possit multum excedere. l. unica. C. de sent. quae pro eo quod interest. Sicque apparet, benignam interpretationem quo magis fideiussor sustineatur hac in re admittendam esse: praesertim per haec duo iura posterius adducta, quae ab aliis allegata non invenio; & in hanc partem proclivior sum.

6. Stat ergo † fideiussorem non posse in duriorem causam obligari quam principalis. d. l. graece. §. illud. l. hi qui. l. fideiussor obligari. ff. de fideiuso. l. vii. titu. duodecimo parte quinta. Duriorem autem causam accipere varie possumus. primum, ratione rei. d. §. illud, & dicto. §. fideiussores. Deinde ratione firmioris obligationis. l. graece. §. siquis Stichum & l. hi qui. ff. de fideiusso. Tertio ratione electionis ademptae, nam si principalis obligatio alternativa erat, fideiussor accipi non potest ad alterutrum praecise ut in. d. l. graece. §. idem Iulianus. Quarto, ratione loci nam si reus simpliciter obligatus erat, fideiussor ut solvat certo loco obligari non potest. l. fideiussor obligari. §. i. ff. de fideius.

Del mismo modo también con el fin de fortalecer más la fianza, admitimos asimismo una interpretación benigna en los términos de la ley *si ita fideiussorem* (1), donde consta que en lugar del reo, que debe en especies, puede el deudor obligarse a una cantidad metálica del mismo valor, aunque no lo contrario; como si en este caso, aunque exista duda no infundada acerca de si el fiador que se había obligado a una cantidad de igual valor al que tenía la especie debida, parecería haberse obligado a más onerosas condiciones; sin embargo, con el fin de dar mayor eficacia la fianza, admitimos la benigna interpretación de que no se le repute obligado a peores condiciones. Del mismo modo también cuando el reo está obligado al hecho, puede el fiador obligarse a su importe (2) y no hay duda de que tal importe puede exceder en mucho. Así, pues, consta que en este asunto hemos de admitir una interpretación benigna con el fin de que se sostenga más la obligación del fiador, basados, sobre todo, en estas dos leyes últimamente aducidas y que no encuentro citadas en otros autores; yo, desde luego, me inclino más a esta opinión.

Queda, pues, asentado que el fiador no puede obligarse 6.
a más duras condiciones que el deudor principal (3). De varios modos puede entenderse esa condición más dura: primero, en razón de la misma cosa (4); segundo, en razón de una obligación más estrecha (5); tercero, a causa de la privación de elección, porque si la obligación del principal deudor era alternativa, el fiador no puede ser obligado precisamente a una sola de ellas (6); cuarto, en razón del lugar, porque si el reo estaba simplemente obligado, no puede ser obligado el fiador a pagar en un lugar determinado (7); quinto, en razón de la causa, porque si el deudor principal estaba

(1) Del Digesto, tít. *de fideiussoribus.*

(2) Consta por la ley *stipulatus es opus,* Digesto, *de fideiussor.*

(3) Consta por la ley *graece*, §. *illud,* por la ley *hi qui,* por la ley *fideiussor. obligari* del Digesto, tít. *de fideiussoribus* y por la ley 7.ª, título 12, parte 5.ª del derecho real.

(4) Consta por el citado §. *illud* y también por el dicho §. *fideiussores.*

(5) Consta por la ley *graece*, §. *si quis Stichum* y por la ley *hi qui,* Digesto, *de fideiussoribus.*

(6) Como aparece en la citada ley *graece*, §. *idem Iulianus.*

(7) Consta por la ley *fideiussor obligari*, §. 1.º, Digesto. *de fideius soribus.*

Quinto, ratione causae nam si principalis debitor sub conditione tenebatur, fideiussor pure vel in diem certam accipi non potest. ut in d. l. fideiussor obligari. §. i. & in. l. stipulatione. eod. tit. Sexto, ratione ademptae facilitatis. Nam si reus pluribus personis solvere poterat, fideiussor ita ut paucioribus personis praecise teneatur solvere, accipi non potest. l. hi qui in princ. & in §. fi. ff. de fideius. Septimo, ratione maturioris praestationis, nam fideiussor accipi non potest, ut citius teneatur quam reus principalis. l. si testamenta. §. quaesitum eod. tit. Octavo, ratione diversitatis, nam in diversam rem fideiussor quam principalis obligari non potest. l. si ita fideiussorem, & l. si Stichum. in princi. & l. graece. §. si quis Stichum. & l. si ita fideiussorem. ff. de fideius.

Haec regula recipit quatuor limitationes, quas tradit Gregorius Lupus in. d. l. vii. titu. xii. par. v. in glo. i. inter
7. quas illa memorabilis est, ut si † fideiussor in duriorem causam acceptus contractum iuraverit, valeat fideiussio, non solum in concurrente quantitate, sed etiam in eo, quod plus erat in fideiussoria quam in principali obligatione. Ita Bartol. in. l. si a reo. §. penultimo. ff. de fideius. idem Bartol, in. l. siquis pro eo. colum. quinta. eodem titu. Angel. & Imola. in. l. his qui accessionis. §. penult. eodem. & Gregor. ubi supra & est communis opinio. Bartho. in. l. cum pater. §. filius matrem per tex. ibi. ff. de lega. ii. Decius in. l. in eo quod plus numero duodecimo. ff. de regul. iur. Alexand. consilio trigesimosecundo libro primo in fine, qui intelligunt quod tunc fideiussor tenetur ut principalis, non ut fideiussor.

Contrariam partem ut non teneatur fideiussor in plus quam principalis, nec ut fideiussor, nec ut debitor principalis, tenent Ioannes Faber. in. §. fideiussores. col. ii. institut. de

obligado bajo condición, no puede obligarse al fiador puramente o para un día señalado (1); sexto, en razón de la facilidad quitada, porque si el reo podía satisfacer la deuda a varias personas, no puede obligarse al fiador de tal modo que esté obligado a pagar precisamente a más reducido número de personas (2); séptimo, en razón del adelanto del pago, porque no puede admitirse que el fiador esté obligado a plazo más corto que el deudor principal (3); octavo, en razón de la diversidad, porque el fiador no puede ser obligado a cosa diversa que el deudor principal (4).

Esta norma admite con todo cuatro restricciones, que propone Gregorio Lobo (5), entre las cuales es digna de memoria la siguiente: que si el fiador admitido bajo más 7.
onerosas condiciones hubiera jurado el contrato, sea válida la fianza, no solamente en la parte equivalente, sino también en cuanto a la parte en que excedió la obligación del fiador a la del principal. Así lo defienden Bartolo (6), Angel e Imola (7), Gregorio Lobo (8), y es común opinión, según Bartolomé Socino (9), Decio (10) y Alejandro (11), quienes son de parecer que en este caso el fiador está obligado, no como fiador sino como principal.

La opinión contraria, a saber, que el fiador no está obligado a más que el principal, ni como fiador ni como deudor principal, la defienden Juan Faber (12) y otros muchos autores, según lo hemos tratado más extensamente en otro lugar;

---

(1) Según la citada ley *fideiussor obligari*, §. 1.° y en la ley *stipulatione* del mismo título.

(2) Consta por la ley *hi qui*, al principio, y en el §. final, Digesto, *de fideius.*

(3) Véase la ley *si testamenta*, §. *quaesitum* del mismo título.

(4) Consta por la ley *si ita fideiussorem*, por la ley *si Stichum*, al principio, por la ley *graece*, §. *si quis Stichum* del Digesto, tít. *de fideiussoribus.*

(5) En la citada ley 7.ª, tít. 12, part. 5.ª en la 1.ª glosa.

(6) Acerca de la ley *si a reo*, §. penúltimo, Digesto, tít. *de fideiussoribus* y de la ley *si quis pro eo*, colum. 5.ª del mismo título.

(7) Acerca de la ley *his qui accesionis*, §. penúltimo del mismo título

(8) En el lugar antes citado.

(9) Comentando el texto de la ley *cum pater*, §. *filius matrem*, Digesto, tít. *de legatis*, lib. 2.°

(10) Sobre la ley *in eo quod plus*, núm. 12, Digesto, tít. *de regulis iuris*

(11) En el dictamen 52, lib. 1.°, al final.

(12) En el citado §. *fideiussores*, colum. 2.ª, Instituta, *de fideiussoribus.*

fideiusso. & alii plures, ut alibi plenius disseruimus: & haec pars verior est, quia iuramentum in contractu appositum nunquam operatur ut is contractus degeneret, sed solum operatur ut in sui forma & natura firmior sit, ut in l. fi. C. de non nume. peccu. unde in specie nostra cum sint varietates supra relatae utrum fideiussor in plus acceptus quam principalis teneatur in concurrente quantitate necne iuramentum ibi appositum sat superq; est, ut operetur quod talis fideiussio valeat in concurrente quantitate iuxta suammet naturam, absq; eo quod valeat in maiori quantitate, & sic contra suimet naturam: & sensus iurantis ita interpretandus est, ut vellet etiam in maiori quantitate teneri, quam reus principalis, si id fieri posset, salva natura contractus de quo agitur, quod si salva eius natura id fieri non possit, tunc teneretur quatenus contractus natura permitteret, & non ultra. arg. d. l. fi. Et durum alienumq; a iurantis mente & sensu esse videretur, interpretari quod vellet in eo quod plus erat obligari, tanquam principalis, si non posset tanquam fideiussor. & ita intellige d. §. filius matrem.

8. Haec autem † obligatio fideiussoria ad principalem obligationem accessoria est, ut dictis legibus, & in prin. inst. de fideiussoribus. & l. i. tit. xii. part. v. Accedere autem potest multis modis. Primum potest acedere ad obligationem civilem simul & naturalem, ut in dictis iuribus. Deinde etiam si sit naturalis tantum obligatio non etiam civilis, ita tenent Glo. & communiter dd. in l. i. ff. de fideius. & in §. i. per tex. ibi inst. eod. tit. per legem stipulatus. & l. quod enim l. fideiussor obligari, in prin. & §. fideiussor. l. ii. & l. cum fideiubeat. & l. si quis pro eo. §. ii. ff. de fideius. Tertio potest accedere etiam ad civilem tantum obligationem. Ita

y esta opinión es más conforme a verdad, porque el juramento añadido a un contrato nunca tiene por efecto el que dicho contrato pierda su naturaleza, sino solamente causa el que sea más firme dentro de su forma y naturaleza (1). Por consiguiente en nuestro caso, existiendo la diversidad de opiniones antes expuestas sobre si el fiador que se ha comprometido a más que el deudor principal, está o no obligado aun en cuanto a la cantidad equivalente, síguese ser más que suficiente el que el juramento allí añadido tenga por efecto que dicha fianza sea válida en cuanto a la cantidad equivalente, conforme a su propia naturaleza, sin que tenga valor en cuanto a la cantidad que excede, lo que sería contra su propia naturaleza. Por otra parte, la intención de quien hizo el juramento se ha de interpretar así, que era su voluntad el obligarse aun en cantidad mayor que el deudor principal, si ésto fuera posible, quedando a salvo la naturaleza del contrato de que tratamos; pero si ésto no fuera posible, salva la naturaleza del contrato, que en tal caso quedaría obligado hasta donde permitiera la naturaleza de dicho contrato y nada más (2). Y desde luego parece ser cosa dura y ajena a la mente e intención de quien jura, el dar esta interpretación: ser su voluntad el obligarse en la cantidad que excede, como deudor principal, si es que no era posible como fiador Y así has de entender el citado § *filius matrem.*

8. Mas esta obligación del fiador, es accesoria con respecto a la obligación principal, según consta por las citadas leyes (3); y puede añadirse a aquella de muchos modos: primeramente, puede añadirse a una obligación a la vez civil y natural, como aparece en las antedichas leyes; segundo, aun cuando la obligación sea exclusivamente natural y no civil, como lo afirman la glosa y comúnmente los doctores comentando diversas leyes (4); tercero, puede añadirse tam-

(1) Según la ley final del Código, tít. *de non numerata pecunia.*

(2) Pruébalo la dicha ley final, Código, *de non num. pecunia.*

(3) Como también en la introducción de la Instituta *de fideiussor.* y en la ley 1.ª, tít. 12, part. 5.ª

(4) La ley 1.ª, Digesto, *de fideiussoribus;* el texto del § 1.º de la Instituta del mismo título; la ley *stipulatus,* la ley *quod enim,* la ley *fideiussor. obligari* al principio y en el §. *fideiussor,* la ley 2.ª, la ley *cum fideiubeat* y la ley *si quis pro eo,* §. 2.º, todas del Digesto, tít. *de fideiussoribus.*

Glo. & communiter dd. in l. i. ff. de fideius. per l. stipulatus & l. fideiussor obligari. in prin. & in. § fideiussor. ff eod' Quarto potest accedere ad obligationem principalem re contractam. Glo. in d. l. i. per l. Graece in prin. eod. tit. Quinto. accedit ad obligationem verbis contractam ut tenent Glo. & dd. in d. l. i. per d. l. Graece. in prin. Sexto potest accedere ad obligationem consensu contractam, ut tenent Glo. & dd. in d. l. i. per d. legem Graece. Septimo. potest accedere ad obligationem litteris contractam, ut tenent Glo. & dd. in d. l. i. & Emanuel de Acosta in l. iii. in prin. C. de non nume. pecu. per. l. tam mandatori. eod. tit. Octavo potest accedere ad obligationem ex contractu, vel quasi contractu, vel ex delicto vel quasi delicto descendentem d. l. Graece. §. sed & si ex delicto. Glo. & dd. in d. l. i. Nono potest accedere obligationi sive praesenti, sive praeteritae, sive futurae, hoc est sive principalis obligatio modo contraheretur, sive iam diu contracta esset, sive postea foret contrahenda l. iiii. cum sua Glo. l. stipulatus sum. l. si Stichum. §. i. ff. de fideiuss. Decimo potest accedere obligationi principali sive illa pura sit, sive in diem, sive sub conditione contracta. ut in dictis. ll. & l. si debitori. §. primo, eodem titulo. Undecimo. potest accedere non solum ad obligationem dandi, sed etiam ad obligationem faciendi, ita. Gloss. in l. si quis pro eo. ff. de fideiusso. per. l. stipulatus es. eodem titulo. l. nemo ff. de duobus reis. Duodecimo, accedit non solum obligationi a iure civili descendenti, sed etiam si descendat a iure praetorio d. l. Graece. §. pro eo. Decimotertio, accedit non solum obligationibus regularibus, sed etiam obligationibus privilegiatis. l. cum fideiubeat, eodem titulo. Decimo quarto accedit, non solum obligationi principali, sed etiam obligationibus accessoriis, ut in fideiussore

bién a una obligación meramente civil (1); cuarto, puede acompañar a una obligación principal nacida de la entrega de cosas (2) [contratos reales]; quinto, interviene también en la obligación nacida de una solemnidad verbal (3); sexto, puede añadirse a una obligación nacida del mero consentimiento (4); séptimo, puede añadirse a una obligación nacida de una solemnidad literal (5); octavo, puede acompañar a la obligación nacida de un contrato, o de un cuasi contrato, o de un delito o cuasi delito (6); noveno, puede añadirse a una obligación ya sea presente, o pasada o futura, es decir, ya sea que la obligación principal se contraiga al presente, o que se hubiera contraído hace tiempo, o bien que se haya de contraer después (7); décimo, puede acompañar a una obligación principal ya se trate de una pura y simple obligación, o de una obligación contraída para un día determinado o bajo condición (8); undécimo, puede tener lugar no sólo con la obligación a dar sino también con la obligación a hacer (9); duodécimo, añádese no sólo a la obligación que procede del derecho civil, sino también aunque proceda del derecho pretoriano (10); décimotércero, acompaña no sólo a las obligaciones ordinarias, sino también a las privilegiadas (11); décimocuarto, añádese no sólo a una obligación principal sino también a las obligaciones accesorias, como sucede en

(1) Así lo afirma la glosa y comúnmente los doctores en la ley 1.ª, Digesto, *de fideiussor.* y en la ley *stipulatus*, en la ley *fideiussor. obligari* al principio y en el §. *fideiussor*, Digesto, del mismo título

(2) Según la glosa de la ley 1.ª *de fideiussor.* y la ley *graece* al principio, en el mismo título.

(3) Según la glosa de la misma ley 1.ª y ley *graece* citadas.

(4) Según consta por la glosa y leyes citadas.

(5) Según lo defienden la glosa y los doctores citados sobre la dicha ley 1.ª, y Manuel de Acosta en la ley 3.ª, al principio, Código, tít. *de non numer. pecunia*, y en la ley *tam mandatoris* del mismo título.

(6) Véase la ley *graece*, §. *sed etsi ex delicto* y la glosa, doctores y ley 1.ª citados.

(7) Consta por la ley 4.ª, con su glosa, por la ley *stipulatus sum*, por la ley *si Stichum*, §. 1.º, todas del Digesto, *de fideiussor.*

(8) Según consta por las dichas leyes y por la ley *si debitori*, §. 1.º del mismo título.

(9) Así la glosa de la ley *si quis pro eo*, Digesto, *de fideiussor.* y la ley *stipulatus es* del mismo título, y la ley *nemo*, Digesto, *de duobus reis.*

(10) Según la ley *graece*, §. *pro eo.*

(11) Conforme a la ley *cum fideiubeat* del mismo título.

fideiussoris. l. Graece §. fina. ff. de fideius. tradunt Glo. & dd. in prin. inst. eod. titulo. Decimo quinto, accedit obligationi residenti, non solum in vera, sed etiam in ficta persona. l. mortuo. & l. qui contra. ff. de fideiusso. Decimo sexto accedit non solum obligationi hominis praesentis, sed etiam absentis. l. fideiubere. ff. de fideiusso. Decimo septimo, accedit non solum obligationi hominis sanae mentis, sed etiam prodigi, vel furiosi. l. Marcellus & l. cum lex. ff. de fideiuss. Decimo octavo accedit non solum obligationi residenti in homine sui iuris, sed etiam si sit servus vel filiusfamilias l. cum fideiubeat. ff. de fideius. & in. §. i. inst. eod. Quinimo etiam pater a filiofamilias, & dominus a servo fideiussorem accipere possunt. l. si quis pro eo. §. primo ff. eodem titulo.

9. Limita primo, ut † non accedat obligationi quae contra legem contracta esset. l. qui contra, cum. l. seq. ff. de fideius. l. non dubium. C. de legibus. l. si quis inquilinos. §. fi. ff. de lega. i. l. iuris gentium. §. & generaliter. ff. de pact. l. ubi lex. l. si quis pro eo. ff. de fideiuss. fallit ut in l. Marcellus, eodem titulo.

Secundo limita, ut non accedat obligationi finitae, vel nulli l. si quis postquam, & l. si Stichun. §. i. ff. de fideiusso. l. si debitori eod. tit. Tertio non accedit cum effectu obligationi, quae exceptione possit elidi. Nam & fideiussoria obligatio simili exceptione elideretur. l. si testamento, in prin. l. ex persona. l. si stipulatus esses, in prin. eod. tit. l. tam mandatori. C. de non num. pecu.

Quarto non accedit obligationi modice utili, vel iuri fere inutili, quale est in persona eius, qui ad solutionem tantum adiectus est, qui fideiussorem accipere nequit. l. si mihi. ff.

el fiador de otro fiador (1); décimoquinto, añádese a la obligación que reside no sólo en una persona verdadera, sino también en una persona ficticia (2); décimosexto, acompaña no sólo a la obligación de una persona presente, sino también ausente (3); décimoséptimo, añádese no sólo a la obligación de un hombre de sano juicio, sino también del pródigo y del furioso (4); décimooctavo, se añade no sólo a la obligación que reside en un hombre que despende sólo de sí mismo, sino también aunque sea siervo o hijo de familia (5), más aun, el mismo padre puede admitir fiador por su hijo no emancipado y el señor por su siervo (6).

Exceptúase en primer término el que no pueda tener lugar en la obligación que se hubiera contraído contra la ley (7). Exceptúase en segundo lugar el que no acompañe a una obligación ya terminada o nula (8). Tercero, no se añade eficazmente a aquella obligación que puede anularse por una excepción, porque la misma obligación del fiador se anularía también por parecida excepción (9). Cuarto, no tiene lugar en una obligación medianamente útil o casi inútil en derecho, cual es la que se da en la persona de aquel que sólo ha sido añadido para el pago, quien no puede recibir fiador (10). Quinto, no tiene lugar en un contrato imposible (11). Sexto, no siempre se añade a la obligación meramente natural, 9.

(1) Conforme a ley *graece*, §. final, Digesto, *de fideius.* y según lo afirman la glosa y los doctores dichos sobre la introducción de la Instituta del mismo título.

(2) Según la ley *mortuo* y la ley *qui contra*, Digesto, *de fideiussoribus*.

(3) Conforme a la ley *fideiubere*, Digesto, *de fideiussor*.

(4) Según la ley *Marcellus* y la ley *cum lex*, Digesto, *de fideiussor*.

(5) Consta por la ley *cum fideiubeat*, Digesto, *de fideiussor*. y en el §. 1.°, Instituta del mismo título.

(6) Como se ve por la ley *si quis pro eo*, §. 1.°, Digesto, del mismo título.

(7) Consta por la ley *qui contra* y siguientes del Digesto, tít. *de fideiussor;* por la ley *non dubium*, Código, tít. *de legibus;* por la ley *si quis inquilinos*, §. final, Digesto, *de legatis*, lib. 1.°; por la ley *iuris gentium*, §. *et generaliter*, Digesto, *de pactis;* por la ley *ubi lex*, por la ley *si quis pro eo*, Digesto, *de fideius*. Esto no se cumple a veces como en la ley *Marcellus* del mismo título.

(8) Según la ley *si quis postquam* y la ley *si Stichum*, §. 1.°, Digesto, *de fideiussor*. y la ley *si debitori* del mismo título.

(9) Consta por la ley *si testamento* al principio, por la ley *ex persona*, por la ley *si stipulatus esses*, al principio del mismo título y por la ley *tam mandatori*, Código, *de non numerata pecunia*.

(10) Según la ley *si mihi*, Digesto, *de fideiussor*.

(11) Véase la ley *si sub imposibili, de fideiussor*.

de fideiuss. Quinto non accedit contractui impossibili l. si sub impossibili eodem titu. Sexto non semper accedit obligationi tantum naturali, nam servus a domino & filiusfami. a patre naturaliter sibi obligatis non accipiunt fideiussorem. l. si quis pro eo §. i. ff. de fideiuss. forte per rationem. l. si quando. §. illud. C. de in off. test. ibi non pactionibus astringendos & l. liberto. ff. de obseq. nam servo & filio persona patris & domini semper sancta & honesta videri debet: nam si sancta sit, non est necesse ut fideiussione astringatur: cum sponte conventis acquiescet. Septimo fallit in muliere. l. iii. l. si Titius. §. Seia. ff. de fideiuss. per totum. ff. & C. ad Velle. nisi iuraverit ut per Bar. & alios in. l. siquis pro eo. ff. de fideiuss. Octavo fallit in servili obligatione ut. l. iiii. ff. de fideiuss. Nono fallit quando quis pro se ipso fideiuberet. l. haeres a debitore. §. servo, & §. retro. ff. de fideiuss.

porque no admiten fiador ni el siervo tratándose del señor, ni el hijo tratándose del padre obligados ya a ellos naturalmente (1); porque la persona del padre y del señor siempre debe parecer al hijo y al siervo justa y virtuosa; y si es justa no es preciso el que se obliguen con fianza ya que espontáneamente asentirá a lo pactado. Séptimo, exceptúase si se tratara de una mujer (2), a no ser que hubiera hecho juramento según Bartolo y otros autores (3). Octavo, exceptúase tratándose de la obligación de un siervo (4). Noveno, exceptúase cuando alguno saliera fiador de sí mismo (5).

(1) Consta por la ley *si quis pro eo*, §. 1 °, Digesto, *de fideiussoribus;* tal vez por la razón contenida en la ley *si quando*, §. *illud*, Código, *de inof. testamento* en las palabras «no han de ser obligados con pactos», y por la ley *liberto*, Digesto, *de obseq.*

(2) Según la ley 5.ª, la ley *Titius*, §. *Seia*, Digesto, *de fideiussor*. y consta por todo el tít. *ad Velleianum* del Digesto y Código.

(3) Acerca de la ley *si quis pro eo*, Digesto, *de fideiussor*.

(4) Según la ley 4.ª *de fideiussor*.

(5) Como consta por la ley *haeres a debitore*, §. *servo* y §. *retro*, Digesto, *de fideiussoribus*.

CAPUT QUADRAGESIMVM PRIMVM

SUMMAE

1. *Paupertas excusat a mora solvendi.*
2. *Paupertas excusat a prosecutione appellationis.*
3. *Pauperes stipendia non praestant advocatis, procuratoribus, iudicibus, & notariis.*
4. *Pauperes non collectantur.*
5. *Pauperibus an currat tempus appellandi? ardua quaestio.*
6. *Maioratus noxii sunt.*
7. *Pauperes quare non collectantur.*
8. *Pauperes alienigenis pares.*
9. *Appellare an possit quis pro paupere non appellante.*
10. *Appellare regulariter alter pro altero non potest.*
11. *Appellationi potest renuntiare damnatus etiam criminaliter.*
12. *Hominem beneficio affici interest hominis.*
13. *Adam pater hominum.*
14. *Anima rebus praeferenda.*
15. *Intellectus. l. ii. C. quorum. app.*
16. *Appellari permittitur ob modicum praeiudicium.*
17. *Hominem beneficio affici & damno non affici interest hominis.*
18. *Lites breviari, interest reipublicae.*
19. *Defensio fit aut vi iurisdictionis, aut vi naturalis detensionis.*

CAPÍTULO CUADRAGÉSIMOPRIMERO

SUMARIO

La pobreza excusa de la tardanza en pagar. 1.

La pobreza excusa de la prosecución de la apelación. 2.

Los pobres no pagan estipendio a los abogados, procuradores, jueces y notarios. 3.

Los pobres no están sujetos a las colectas. 4.

¿Transcurre para los pobres el plazo de recurrir? Cuestión ardua. 5.

Los mayorazgos son perjudiciales. 6.

¿Por qué los pobres están exentos de las colectas? 7.

Los pobres se equiparan a los extranjeros. 8.

¿Puede uno entablar recurso por un pobre que no lo hace? 9.

Como norma general uno no puede apelar por otro. 10.

Puede renunciar a la apelación quien ha sido condenado aun en causa criminal. 11.

Importa al hombre el beneficiar a su semejante. 12.

Adán padre de los mortales. 13.

El alma ha de preferirse a las cosas. 14.

Sentido de la ley 2.ª del Código del tít. *quorum appellationes*. 15.

Es permitido el entablar recurso aun por un perjuicio pequeño. 16.

Importa al hombre el que su semejante reciba beneficios y no reciba daño. 17.

El interés de la república pide que los pleitos se abrevien. 18.

La defensa se entabla o en virtud de la jurisdicción o en virtud de la defensa natural. 19.

20. *Defendere subditos incumbit magistratibus de iure divino, naturali, & positivo.*
21. *Magistratuum quantum onus.*
22. *Defendere tenetur homo privatus alterum hominem privatum de iure divino, naturali, canonico, & civili.*
23. *Defensio prius competit magistratibus, deinde etiam reliquis.*
24. *Defensio competit cuilibet de populo, quando ipse magistratus iniuriam facere volebat.*
25. *Papae abutenti an occurri possit.*
26. *Principi imperio abutenti, si occurri non potest in vim iurisdictionis, occurri tamen & potest et debet in vim naturalis defensionis.*
27. *Princeps dum legibus abutitur, nunquam praesumitur iusta causa motus.*
28. *Princeps sine causa iusta dispensare nequit.*
29. *Principatus & iurisdictio est de iure gentium secundario, vel positivo, non de iure naturali aut gentium primaevo.*
30. *Ius naturale appellatur ius gentium primaevum.*
31. *Dominium est ius.*
32. *Animalium innocens natura erga eiusdem speciei animantia.*
33. *Aetas aurea.*
34. *Defensio homini ab altero homine debita est.*
35. *Vir bonus quis.*
36. *Defensionis naturalis loco successit defensio artificialis, seu iurisdictionalis.*
37. *Principatus & iurisdictio iuri naturae adversantur.*
38. *Fabula Ranarum.*
39. *Principatus & iurisdictio a Deo non magis nec minus est, quam reliqua omnia.*

La defensa de los súbditos corresponde a los magistrados por derecho divino, natural y positivo. 20.

La carga que pesa sobre los magistrados es muy grande. 21.

El hombre particular está obligado a defender a otro particular, conforme al derecho divino, natural, canónico y civil. 22.

La defensa corresponde en primer término a los magistrados y después a los demás. 23.

A cualquiera del pueblo le corresponde la defensa, cuando el mismo magistrado quisiera cometer injusticia. 24.

Si se dieran abusos por parte del Papa ¿puede hacérsele resistencia? 25.

Si un príncipe abusara de su poder, si no se le puede hacer frente en fuerza de la jurisdicción, pero sí se puede y se debe en virtud de la defensa natural. 26.

Cuando un príncipe hace mal uso de las leyes, nunca se le presupone movido por justa causa. 27.

El príncipe no puede dispensar sin justa causa. 28.

La dignidad de príncipe y la jurisdicción son de derecho de gentes secundario, o positivo, no de derecho natural o de gentes primitivo. 29.

El derecho natural se llama derecho de gentes primitivo. 30.

La propiedad es un derecho. 31.

La naturaleza de los animales es inofensiva para con los de su misma especie. 32.

Edad de oro. 33.

Es un deber del hombre la defensa de su semejante. 34.

¿Quién se dice hombre honrado? 35.

En lugar de la defensa natural, sucedióse después la defensa artificial o judicial. 36.

La primacía y la jurisdicción son opuestas al derecho natural. 37.

Fábula de las ranas. 38.

La supremacía y la jurisdicción proceden de Dios, del mismo modo que todas las restantes cosas. 39.

40. *Iurisdictio initio mundi nulla erat, sed longe postea esse coepit.*

41. *Principatus & iurisdictiones ut sint, necessarium non est, sed tantum utile.*

42. *Dei non minore, aut maiore cura regitur domus familia ve cuiusque pauperis, quam unius magni regis.*



ENTESIMO trigesimo sexto colligitur, quid respondendum sit in articulo illo:

1. statuto definitur, ut † appellans certam summam persolvat alias appellatio deserta intelligatur, an desinat tempus solvendi currere, ei qui propter paupertatem eam summam solvere desiit? & appellationem non fore desertam, in specie hac responderunt Bald. in. l. ii. §. siquis cau. Franciscus Cremensis singulari. cxxii. statuto cavetur quod appellans. Mathaesillanus in singula. ulti. per capi. licet de censibus. tenet Ioannes Bap. de Cast. in add. ad Cremensem ubi

2. supra. Unde † similiter a prosecutione appellationis excusat paupertas, ut voluit Panormi. in c. ex tenore col. ii. de apell. & Gerardus singulari. lxxiii. pauperes quorum num. fin. Bal. in. l. acceptam col. pen. quaest. xxxiii. C. de usuris, & sic non currunt sibi fatalia secundum eundem Gerardum in quo ultimo contrarium videtur tenuisse. Bal. in l. fi. C. de condi. insertis. cuius sententia in hoc ultimo verior est: nam longe maius impedimentum est ignorantiae & absentiae quam paupertatis, huic enim contingere potest reparatio, illi autem (hoc est ignorantiae) non utiq; & tamen ignoranti etiam currunt tempora ipso iure, & in eo tantum quaestio est, an restitutio concedatur ex iusta causa ignorantiae, l.

En el principio del mundo no existía jurisdicción alguna, sino que empezó a existir mucho tiempo después. 40.

No es necesario, sino solamente útil el que existan principados y jurisdicciones. 41.

Dios no rige con menor o con mayor cuidado la casa o familia de cualquier pobre, que la de un poderoso rey. 42

Conclusión 136. Dedúcese también lo que hemos de responder al siguiente artículo: por una ley se dispone que el recurrente pague cierta cantidad y que de otro modo el recurso se considere abandonado; si alguno dejó de pagar dicha cantidad a causa de su pobreza ¿deja de transcurrir para él el plazo del pago? Que el recurso no se ha de tener por abandonado lo defienden en este caso Baldo (1), Francisco Cremense (2), Matesilano (3), y lo afirma también Juan Bautista de Cast. (4). De donde se sigue igualmente que la pobreza excusa de la prosecución del recurso, según lo defendió el Panormitano (5), Gerardo (6) y Baldo (7); y así conforme al sentir del mismo Gerardo no transcurren para el pobre (8) las cosas inevitables; si bien en este último punto parece haber defendido lo contrario Baldo (9), cuyo parecer en este último aspecto es más conforme a verdad; porque mucho mayor impedimento es la ignorancia y la ausencia que la pobreza, ya que puede acontecer que ésta se remedie, y no así aquélla (es decir, la ignorancia), y sin embargo, por disposición del mismo derecho los plazos transcurren también aun para quien los desconoce, y únicamente puede discutirse este punto, si siendo justa la causa 1. 2.

(1) Comentando la ley 2.ª, §. *si quis caus.*
(2) En la *singulari.* 122 que empieza *statuto cavetur quod ap.*
(3) En la *singulari.* última sobre el cap *licet, de censibus.*
(4) En sus adiciones al Cremense, en el lugar citado.
(5) Sobre el cap. *ex tenore,* colum. 2.ª, *de appellatione.*
(6) *Singulari.* 73 que empieza *pauperes quorum,* núm. final.
(7) Sobre la ley *aceptam,* col. penúlt., cuest. 33 del Código, tít. *de usuris.*
(8) El *sibi* de la edición de Venecia lo sustituye por *pauperi* la edición de Francfort.
(9) Sobre la ley final del Código, tít. *de condi. insertis.*

fina. C. de longi temp. praes. & ibi Bar. & alii & diximus plene infra. ca. lxxv. incip. fundum tuum possedi ubi resolvimus restitutionem eo casu denegari.

Ergo cum saltem iustissima & irreparabilis ignorantiae causa non impediat quin tempora currant ipso iure, & in eo tantum quaestio sit, an detur restitutio, par est ut in specie nostra fatalia currant ipso iure, licet si postea apparuerit propter paupertatem eum non potuisse tempore definito

3. prosequi appellationem, restitutio non denegetur. Nam † & in eo quoque pauperes iuvantur quod advocati eis gratis debent patrocinari; & notarii gratis instrumenta conficere; & procuratores gratis pro eis militare: & iudices gratis quoque iudicare; etiam si ab aliis ex lege vel more regionis possint aliquid accipere. ut per Gerardum d. singulari lxxiii. Ludovicus Romanus in. l. si vero. §. de viro fall. xlvi. ff. sol. matri. Albericus in l. C. de suffragio, idem Albericus in. l. nec quicquam. §. fi. ff. de officio proconsulis. Bartho. in. l. si furiosi. C. de nupti. per illum tex. verb. gratis. Bald. in auth. generaliter col. i. C. de episcop. & cleri. dixi de succes. crea. §. xv. num. 37. lib. ii. Quinimo quod utilius

4. est, pauperes † qui ex industria & labore manuum suarum victum quaeritant, nec aliunde habent, unde se alere possint non debent contribuere ad onus collectarum, quae per principes vel respublicas imponuntur. ita Bal. in auth. defuncto. C. ad Tertull. & Gerardus ubi supra post Glos. in. l. omnes. C. de ann. & trib. lib. x. & in simili per Bart. ibi Abbas in c. pervenit col. penul. de immunita. ecclesiarum Bald. in. l. etiam col. fi. de execu. rei iudi,

5. Denique † quod ipso iure desinat pauperibus currere tempus ad appellandum ultra supra allegatos tenet Mathaeus

de la ignorancia se ha de conceder la restitución *in integrum* (1), de lo que hemos tratado extensamente en el capítulo 75 que empieza *fundum tuum possedi*, en donde damos la solución de que en dicho caso se deniega la restitución.

Así, pues, como aun una causa justísima e irreparable cual es la ignorancia, no impida el que según el derecho transcurran los plazos señalados y únicamente quede en pie esta cuestión, si se ha de conceder la restitución, es natural que también en nuestro caso, y conforme al mismo derecho, transcurran las cosas inevitables, aunque si posteriormente apareciera no haber podido proseguir el recurso en el plazo señalado a causa de la pobreza, no se le deniegue la restitución *in integrum*.

Porque además, los pobres reciben también ayuda en 3.
ésto, en que los abogados deben defenderlos gratuitamente; los notarios hacerles gratuitamente las escrituras; los procuradores trabajar gratis en su favor, como también los jueces dar sentencia gratuitamente, aun cuando o por concesión de la ley o costumbre de la región, puedan percibir de otros algún emolumento, como según el testimonio de Gerardo (2) lo sostienen Luis Romano (3), Alberico (4), Bartolomé Socino (5) y Baldo (6), sobre lo que hemos tratado en la obra *de successionum creatione* (7). Más aún, lo que es 4.
más útil, los pobres que andan buscando el sustento con la industria y trabajo de sus manos, sin tener otros recursos con los que poder sustentarse, no deben contribuir a la carga de las colectas impuestas por los príncipes

(1) Conforme a la ley final del Código, tít. *de longi temporis praescrip.* comentada por Bartolo y otros autores.

(2) *Singulari.* 75.

(3) Comentando la ley *si vero*, §. *de viro fall.* 46, Digesto, *solut. matrim.*

(4) Sobre la ley 1 ª, Código, tít. *de suffragio.* y sobre la ley *nec quicquam*, §. final, Digesto, *de officio proconsulis*.

(5) Sobre la ley *si furiosi*, Código, *de nuptiis* comentando el texto en la palabra *gratis*.

(6) Acerca de la authent. *generaliter*, col. 1.ª inserta en el Código, en el tít. *de episcopis et clericis*.

(7) Lib. 2.º, §. 15, núm. 37.

Mathaesillanus notabili cxcviii. nota quod licet paupertas, allegat Innocentium in ca. ex ratione de appell. & Guiliel. de Cun. in. l. praecipimus. §. super his. C. de apellati. Sed ut iam attigimus forte iustius & verius dicetur tempus ipso iure non desinere elabi, restitutionem tamen concedi per d. l. fina. C. de praescrip. longi temporis. quae hoc probat a fortiori. Nam si id quod certe & indubitate meum erat amitto per talis temporis transcursum, non obstante iustissima ignorantia mea ut ibi, quanto magis in specie nostra tempus curret ubi incertum erat, an iste iustam causam foveret: quinimo eo ipso quod condemnatus fuit, praesumptio erat quod non fovebat iustam causam, sicque quod appellatione extincta nihil amittebat. l. res iudicata. ff. de re iudic. l. res iudicata. ff. de reg. iuris. Et praeterea paupartatis causa non tam irreparabilis & coacta est, quam iustae ignorantiae causa, ut iam exposuimus. De quibus etiam per Innocentium in capitu. P. & G. de officio deleg. per Bart. Angelum, Ioannem Imolensem, Alexand. Aretinum, & alios in. l. continuus. §. illud. ff. de verborum obliga. Antonium Butrium, Imolam, & Panormi. in ca. brevi de iureiuran.

